

1893





1. Olvenstedt, Jac. J. Zingunb
Lutheri von Dr. philoso,
philii, Magdeb. 1600.
2. Masofastor Bonift von
Exorcisme 1541.
3. Glossa ordinaria ad
Litteras Alexandri pape
VII. quas protexu
pacis procurando inter
Catholicos principes
scripsit. 1655.

8

EXPLICATIO CERTAMINIS,
QVOD DE PHI-
LOSOPHIÆ, IN REGNO
ET MYSTERIIS FIDEI ACTIONE
& usu dequè veritate duplici humana & Spirituali
inter D. Danielem Hoffmannum,
aliosq; Theologos

Et inter

D. Iohannem Caselium ICrum,
D. Duncanum Liddelium Medicum,
M. Ovenum Guntherum,
M. Cornelium Martini.

*Philosophos in Academia Iulia
agitatur.*

Conscripta
per

GOTFRIDVM SCHLVTERVM
*in Ecclesia & Pedagogy Gottingensi Theo-
logia Doctorem.*

Augustinus.

Sub laudibus naturæ latent inimici
gratiæ.

*Lector lege & tum judica & Spi-
ritus proba.*

N
ANNO M. D. XCI.

*Lev. & doctissimo vno
D. Johanni Bosserio, Com-
muni*



PIO LECTORI.

Cum diu multorum votis, exorti certaminis de Philosophiæ in ministeriis fidei actione, inter quosdam Academiae Iuliae Theologos & Philosophos, explicatio desiderata sit, & Philosophi sua hactenus scripta passim spargere, & sententiam omni furo pingere, partem adversam verò in suspensionem, conculcatae violataeque omni Philosophiæ, & humaniorum studiorum contemptus, adducere studio indefesso contenderint, me etiam nominatim in publicis & privatis scriptis perstringere, confessionem suggillare, & cum hic apud meos, tum apud alios traducere non desinant, piorum votis gratificandum, veritati succurrendum, & confessionem omnino vindicandam putavit, ut quid monstri Philosophi alant, & quæ portenta in Ecclesiam reducere conentur constaret. Tu Christiane Lector hoc nostro studio fruire, fundamenta partis utriusque ad normam non rationis depravatae, sed incorrupti verbi Divini, & confessionum publicarum Augusti: Confess: & Formulæ Concordiæ in timore Domini expende, & veritati fave. Vale.

Godfridus Schluterus Theol: in Ecclesia & Pædagogio Göttingensi Doctor.



Pia & gravis Epistola Cyrilli num. 6. ad quendam
Nestorii sectatorem.

NOvi dilectionis tuæ sinceritatem, nec me latet, quo sis diligentia serio præditus. Etsi ad eos scriberem, quibus non innotuit ingenium meum, multis utiq; verbis hoc conarer, ut persuaderem me vehementer esse pacis studiosum, & nec contenti nis nec litium amantem, sed & amare quos vis, & ab omnibus amari cupientem. Quoniam vero ad eum scribo cui ignotus non sum, paucis hoc patefacio, quod si verum & facultatum amissione fratris posset componi offensio, hoc me facturum fuisse percipide, ne quid dilectioni præponere viderer: Verum quoniam fieri habenda est ratio & offendiculum passæ sunt, quotquot per Univerſum ut paucis dicam, Romanorum principatum sparsæ sunt Ecclesie, (neque enim quisquam est, ex quacunq; tandem civitate aut regione veniat, qui non interroget, quinam isti sint rumores, & quæ nova doctrina Ecclesiis inferatur) ad ista quid faciemus, quibus mysterii huius sermo coram Deo concreditus est, quos initiati in die iudicii in ius vocabunt? Nam omnino ita se fidem servasse dicturi sunt, quemadmodum à nobis imbuti sint. Quod si hoc rectè exequuti sumus, recipiemus mercedem, imò & laudem consequemur: Si verò aliter & perverse, quæ nobis flammæ ad supplicium sufficient? Audiemus enim illud. Terram meam perdidisti, & populum meum occidisti sicut scriptum est. Et laicorum quidem pro sua quisque vita rationem reddet: nos verò quibus sacerdotalium munerum onus incumbit, non pro nobis ipsis duntaxat, sed simul, & pro universis in Christum credentibus, causam dicemus. Me itaque non offendit ulla injuria vel contumelia, nec quamvis multa illa convitia, quibus me petunt quidam, de quibus nihil tale suspicabar, sed in oblivionem abeant hæc omnia. iudicabit autem eos Deus, qui talia nugati sunt. Modo salva sint quæ fidem concernunt, & amicus ero & dilectus, nec cuiquam concedam, ut me religiosissimum Episcopum Nestorium diligendo superet, quem etiam (coram Deo loquor) in Christo celebrem esse cupio, & probrum hoc, quod ex iis, quæ commissa jam sunt, ortum est, è medio tollere, & ostendere lycophantiam esse, non veritatem, quæ à nonnullis in causa fidei vulgata sunt. Si eos etiam à Christo, qui nos odiunt, diligere præcipimur, quomodo non consequens est, multò magis & fratribus & sacerdotibus hoc esse faciendum. Si verò fides destruat à quopiam, nostras ipsorum animas non trademus? Etsi patienda sit ipsa quoq; mors, nulla erit hæsitatio. Si namq; veritatem pro gloria Dei fateri non audebimus, ne in molestias aliquas incidamus, qua fronte Sanctorum martyrum encomia coram populis declarabimus, quos ob id laudamus, quod ad mortem usq; pro veritate certamen sustinuerunt?

SV M

SUMMA TRACTATUS.

PARS PRIMA.

De Philosophiæ actione in divinis.

CAP. I.

Philosophorum de philosophia sententia.

- 2. Quod philosophiæ seu sapientiæ humanæ vis actioq; in divinis & sacris percipiendis & cognoscendis nulla omnino sit.*
- 3. Quod homo naturalibus viribus non possit aliter, quam mysteriis repugnare.*
- 4. Refutatio argumentorum, quibus philosophi sententiam suam defendunt.*

PARS SECUNDA.

De usu & abusu philosophiæ.

CAP. I.

Sententia partis utriusq; proponitur.

- 2. Quid verus alicujus rei usus docetur.*
- 3. Concluditur contra philosophos verum, veriorum, verissimum usum rationis humanæ & philosophiæ esse spiritualia oppugnare.*
- 4. Refutatio argumentorum quibus philosophi hanc partem impugnant.*

PARS TERTIA.

- 1. Occasio questionis.*
- 2. Confirmatur ex sacris aliam esse veritatem terrenam & humanam, aliam celestem & spirituales illamq; judicio spirituali falsitatis & mendacii argui.*
- 3. Refutatur Philosophorum distinctio, quod quedam sint purè fidei, quedam non.*
- 4. Refutantur argumenta philosophorum.*



DE OCCASIONE ET AVTHORE
certaminis.

PROPOSITIS publicarum disputationum thesibus, D. Hoffmannus laudem gloriosæ gratiæ Dei, qua nos gratis gratos sibi effecit in dilecto, asserere & vindicare studens docuit inter alia, post Satanam in mysteriis divinis, fidem nostram sæviorem hostem & adversarium expertam non fuisse, ipsa ratione & sapientiâ carnis in doctrina fidei dominatum affectante: adeo ut quanto magis carnalibus studiis carnalis hominis ratio exculta esset, tanto promptior & armatior ad impugnandum evertendumq; mysteria pietatis prodiret.

Causam huius assertionis Hoffmanno gravem & necessariam præbebant, infesta duo Lutherani gregis agmina, tum Calvinianum Iesuitæ: quorum illi ad normam iudicij rationis, & Philosophiæ prædicationes mysticas adversus Saxonicæ Confessionis sinceritatem Lutheranam exigere & metiri conantur, & quod periculosissimum, cum lacte præceptorum Logicorum, juventuti hoc virus, maiori, quam ante, conatu, proximis annis instillare & inusitatum illud prædicationum mysticarum genus ad usitatas & naturales, prædicandi modos regulares aut tropicas vel figuratas, revocare studuerunt, nec quicquam in fidei mysterio reliquerunt, quod non reductionibus & tropologiis, in fraudem nostræ confessionis singularem, ad Logicas regulas conformatum & accommodatum esset; adeo ut ἀλογον & brutum id pronunciare non erubescerent, quod non conveniret angustis illis essendi modis, qui humanæ ratione perspicui sunt, & tabulis Logicis descripti continentur.

Hinc illorum iudicio Trinitatis mysterium ἀλογον erit & brutum, nisi generis & speciei rationem recipiat, mysterium unionis personalis, communicationis, majestatis, & præsentia corporis Christi in cœna cum pane, his dictatoribus, est ἀλογον & brutum

brutum, nisi modum recipiat talem, qualem prædicationes usitatae
Logicæ largiuntur: Vnde tantum mysteriis & eorum revelationi de-
rogatur, quantum Philosophiæ arrogatur.

Sic enim Beza in quæstionibus & responsionibus suis Calvinianam
de præsentia corporis Christi in cœna sententiam tueri, & nostram de
verborum institutionis τὸ ῥητὸν evertere conabatur hoc argumento
quod τὸ ῥητὸν istorum verborum non conveniret regulis & prædica-
tionibus Logicis, ideoque ad fugiendum absurdum per tropum τὸ ῥη-
τὸν sic modificandum & emolliendum esse, ut sententia Logicis re-
gulis conformis esset. Hoc ejus fundamentum D. Hoffmannus pub-
licis scriptis cum evertisset, & τὸ ῥητὸν in verbis cœnæ retinendum, &
in usitatum prædicandi modum nervosè admodum cum nostris Ec-
clesiis asseruisset & vindicasset, Beza provinciam Piscatori Theologo
& Philosopho celsit. Prodiit igitur Piscator ex Calvini schola, &
Calvinianum fundamentum in eo constituit: quod omnis prædica-
tio aut regularis aut tropica censenda esset, nec tertium dari posset, ita
ut prædicationes etiam hæ: Pater est Deus &c.: ad Logicas quadrare
& esse generis de specie statueret. Hoffmannus & huic contradicens
ostendit, istâ ratione omnem omnino veritatem captui humanæ ra-
tionis accommodari, omnia mysteria in ordinem philosophicæ veri-
tatis redigi, nec quicquam illis præterea relinqui, quam quod ratio
angusta agnoscere & capere possit: & si ad eum modum prædica-
tiones de Deo censendæ essent, ipsam essentiam Dei creatoris in ordi-
nem creaturæ redigi & reduci. Piscatori se fidum Achatem Gocle-
nius jungit & velut aliud agendo manibus pedibusque hoc Piscato-
rianum fundamentum urgere & tueri non destitit, & Logicam con-
stituit generale fundamentum, quo omnis omnino veritas mensure-
tur; Idque ut majori, quam Piscator, applausu ageret, novum ad in-
venit fucum ad palliandam impietatem, quæ Piscatori objecta fuit:
reductiones, analogias & confimiles nominalium veterum nugas
jam pridem explosas in scenam reduxit, & juventuti magno splen-
dore commendavit, quod harum beneficio mysticæ prædicationes,
si non directè per analogiam tamen ad regulas Logicas reduci & illis
subjici possent.

Hoffmanno

Hoffmanno igitur ad asserendam gloriosam gratiam Dei necessitas oblata fuit, contra horum impietatem ostendere, humanam sapientiam, non esse capacem eorum, quæ sunt Spiritus Dei, & aliam insuper esse veritatem, quam quæ angustis Logicæ regulis definiretur: nec concedendum ut Philosophia, mysteria fidei procul à ratione remota sibi subijceret, ad captum suum conformaret, sibi, quæ non debentur, raperet, sanctum & profanum confunderet. Spirituali enim iudicio hæc spiritualia metienda esse, non carnali, quod in divinis cæcum, mortuum & nihil nisi mysteriis repugnare novit,

Ab altera parte Iesuitæ scholastica sua ex Christo & Belial, hoc est ex Sacris & Aristotele male diluta Theologia Hoffmannum urgebant. Cum enim in refutatione Bellarmini, locum de gratia DEI & liberi hominis arbitrio tractaret, ostendendum fuit, quantum illi gratiæ DEI derogarent, dum viribus humanis post lapsum reliquis, & humanæ sapientiæ tantum arrogarent, ut per eam Deus agnosci posset, & quidam ethnicos huius beneficio salvatos profiterentur &c. Hoc igitur dum pro vocatione & commissi sibi muneris ratione sedulo & fideliter agit, & contra utrosq; tam Calvinianos, quam Iesuitas pugnando sacrum à profano discernere studet, & Philosophiam in suo foro ut decus generis humani prædicat; à mysteriis autem & eorum censura procul ire jubet, & ex verbo DEI docet, quod ratio humana, cum sua sobole Philosophia, quando se mysteriis divinis ingerit, nil aliud possit, quam Deo, eiusq; sapientiæ, se opponere: exurgunt magno conatu & clamore contra ipsum & Casparum Pfaffradium Theologiæ Doctorem Philosophi eiusdem Academiæ quatuor, Iohannes Caselius Iuris utriusq; Doctör. Duncanus Liddelius Scotus Medicinæ Doctör, M. Oventus Guntherus & M. Cornelius Marrini, & in ambobus id accusant, quod omnem eruditionem humanam evertent, saluberrimas artes tollant, dona Dei pedibus conculcent & Philosophiam è Scholis exterminent & proscribant, labem maculamq; indelebilem Academiæ IVLIÆ & toti ordini Theologico nullo modo ferendam aspergant. *Quæritur igitur quis causæ motæ litis & excitati certaminis?*

Philosophi

Philosophi suæ Philosophiæ magnam illatam iniuriam conq-
runtur, justamq; sibi causam litem D. Hoffmanno intendendi datam
esse dictitant: D. Hoffmannus non aliter se causam litis esse dici
quam Christus, Prophetæ & Apostoli, qui prædicando veritatem
cœlestem sapientiam mundi aduersus se semper concitarunt, accusa-
tionibus calumniosis aggravati, quod turbarum & rixarum authores
essent 1. Reg. 18. Actor. 17. v. 6.

Cumq; Lutheri doctrinam repetiverit, eiusdem criminis ipsum
quoq; Lutherum à Philosophis reum peragi oportere, quod eandem
labem Academiae Wittenbergensi asperserit ante hac: & ij, qui nunc
sacras literas ibidem docent, idem scelus juxta Philosophorum judi-
cium renovasse censebuntur, quod in refutatione historiae Peuceri
nuper edita, iudicium Philippi Melanthonis se non improbare osten-
dunt, quo statuitur his axiomatibus restitutam à Luthero sub ex-
ordio fuisse veritatem:

Omnis cogitatio humana de rebus divinis est error.

Omnis voluntas humana in divinis est impietas.

Omnis cultus humanus in rebus divinis est idolatria.

Hinc igitur iudicium Lector faciat an Hoffmannus causam litis
Philosophis dederit, qui Philosophiam decus generis humani præ-
dicarit, si suis se terminis contineat, mysteriis verò inimicam dix-
erit? an verò causam litis temerè indoctè & impiè Philosophi sumse-
rint, contra cœlestem veritatem insurgendo & Philosophiam suam
nimis arroganter, contra DEI verbum extollendo? Id quod explica-
tâ partis utriusq; sententiâ intelligetur rectius.

Deinde æstimetur & hoc, an lis sit Philosophica vel Theologi-
ca. Philosophi magnum esse mendacium dicunt, quod posterius
Hoffmannus asserat. Ratio illorum est, quia subiectum quæstionis
controversiæ sit Philosophia. Hac autem ratione quid ineptius?
Non enim de Philosophia simpliciter, sed de eius in divinis, in myste-
rijs actione quæritur; quemadmodum nemo unquam controversiam
de viribus humanis Theologicam negavit, quod subiectum sit res
naturalis vel Physica. Sed hæc ex sequentibus patefcent clarius.

Tota verò controversia partibus tribus explicabitur.

In prima quæstio tractabitur: an Philosophia sit depredatrix
mysteriorum.

B

[In se,

In secunda : an eidem illud secundum usum verum vel abusum
tribuendum.

In tertia : an idem verum sit in Philosophia & Theologia, Refu-
tatio argumentorum à Philosophis adductorum singulis partibus
subijcietur.

P A R S P R I M A.

In hac parte primum sententia Philosophorum de Philosophia
& eius actione circa mysteria & res divinas ex scriptis eorum propo-
netur : Deinde D. Hoffmanni sententia explicabitur, & fundamenta
ex S. scriptura ostendentur. Et deniq; argumentis Philosophorum
respondebitur.

C A P V T P R I M V M.

Philosophorum de Philosophia sententia.

EX occasionis explicatione facile animadvertit Lector, quid ab
utraq; parte in disputationem vocetur : Nimirum quod D. Hof-
mannus thesi 16. disputationis suæ de DEO dixerit : in rebus sa-
cris mysticis Philosophiam secundum sua laudatissima principia de
prædatricem esse, tantoq; instructiorem hostem adversus mysteria
cœlestia prodire rationem, quanto Philosophicis studiis eadem sit
cultior. Ideoq; in thesi 20. ex Luthero subjunxerat, Dialecticam
seu Philosophiam in sua Sphæra relinquendam, & in regno fidei ex-
tra omnem Sphæram discendum esse loqui novis linguis.

Hæc quæ ex Luthero docuit Philosophi habent pro crimine læ-
sæ maiestatis Philosophicæ, multoq; aliter de Philosophia statuen-
dum contendunt.

Philosophiam autem definiunt doctrinam quæ doceat conside-
rare ea, quæ Deus in hoc mundo considerata proposuit, & mores
ad honestatem informare.

Doctrinam etiam talem intelligunt, quæ à ratione humana pro-
fecta, ipsius studio exulta & propagata fuit, cuius doctor præcipuus
fuerit Aristoteles, Plato aliq; Philosophi, De hac Philosophia seu
doctrina statuunt;

Quod

Quod peccato corrupta non sit, nec opus habeat regeneratione,
sed per se pura sit & munda.

Quod mysteriis divinis, nequaquam sit inimica: quod nullum
axioma, imo ne umbra quidem enunciationis Philosophicæ adver-
setur Theologiæ.

Quod errores in Theologia nunquam peperit, nec pariat, nec pa-
ritura sit: quod idem est ac si dicas: impossibile esse ut Philosophia
errores in Theologia pariat; ideoq; falsum, quod Chemnitius ex
Tertulliano allegat: Philosophos esse hæreticorum Patriarchas.

Quod nequaquam mysteria divina stultitiam pronuntiet, sed
Theologiam sequatur, eius vestigia semper adorans.

Quod nemo Theologiam rectius à tot millibus hæreseon pro-
pugnârit, quam ille qui studio Theologiæ Philosophiam adiunxit, &
Anabaptistas etsi sacras scripturas legunt, easdem tamen intelligere
non posse propter bonarum scientiarum ignorantiam.

Sed & alia Caselii audiamus huius Philosophiæ præconia: Philo-
sophiam esse humanæ vitæ perfectionem, mentis humanæ quandam
absolutionem & indigetationem, hoc est, quæ eam inter divos tran-
ferat. Rationem esse mentis divinæ radium, cuius cultum Philoso-
phia præstet, & sacras naturæ tabulas nos ab Aristotele accepisse,
eumq; novam lucem in genus mortalium intulisse, quæ omnem
mentis caliginem dispelleret.

Ne vero Lector existimes hæc hyperbolicam fortè commenda-
tionem Philosophiæ continere, non ea mente scriptam, ut Theo-
logiæ quicquam detrahat, cogites hæc in ipso certaminis æstu & fer-
vore à Caselio publicata, & Hoffmanno opposita fuisse.

Deinde se ita explicat in eadem oratione: Hæc etsi magnificè
dici videntur; tamen jeiuna sunt præ re ipsa. Nec enim queo, quæ
indago penetrare cogitando, nec quæ assequor repræsentare eloquen-
do in illo ingenio Aristotelis: in hoc eiusdem orationis flumine opus
foret aut eius primarij auditoris suaviloquentia.

Imo in publico scripto anni 97. Philosophiæ & virtuti sanctum
cultum patris omnium attribuit, & Homerum quoq; sanctissimum
magistrum officii vocat.

Etsi vero in illa de bono Academiæ oratione Philosophiam à
Theologia distinguendam profitetur illud tamen non ulterius exten-

B 3

dit, quam

De bono
Acad.

Pater omni-
Caselio, ext
Christum fan-
tæ colitur.

dit, quam ut hæc ad cœlum nos deducat, illa verò perfectionem, veram sanctitatem, justitiam huius vitæ doceat, & quandam mentis quasi absolutionem & indigetationem præstet.

Cornelius hæc ita explicat, quod homo Philosophicis studiis excultus, multo citius converti possit, quàm qui eorum sit rudis.

Ovenus autem his succurrit publico programme docens: menti post lapsum relicta esse prioris excellentiæ vestigia, ne bene conditus homo malè periret; voluntati etiam servatam libertatem ut rationi se jungendo æterna cœlestia & spiritualia prosequatur.

CAPUT SECVNDVM.

Quod Philosophiæ seu sapientiæ humanæ vis actioq; in divinis & sacris percipiendis & cognoscendis nulla omnino sit.

HÆc vero singula nimis arroganter, impiè pariter & indoctè, de Philosophia dicta, & in Christiana Academia publice proposita statuit Hoffmannus. Etsi verò Philosophiam non è Christianorum scholis ejectam vult, sed eam, si sobria sit, si suis se terminis contineat, & tantum quæ humanæ rationis iudicio exposita sunt tradat, ut donum Dei, decus vitæ humanæ commendat: In mysteriis tamen divinis eam nihil posse, nisi Deo & eius sapientiæ repugnare ex verbo Dei docet. Quod ut perspicuum fiat primo animadvertatur.

1. PHILOSOPHIAM ET SAPIENTIAM HUMANAM NON POSSE DIVINA INTELLIGERE.

Docet hoc verbum Dei cum rationis humanæ universam intelligentiam, vim, acumen & sapientiam res divinas sacras & mysticas non assequi nec intelligere posse confirmat, 1. Cor. 2. 14. Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei: Sunt enim illi stultitia, nec potest ea cognoscere, quia spiritualiter dijudicantur. Homo vero animalis quis sit, Lutherus ita exponit in marginali glossa: Der natürliche Mensch ist/wie er außserhalb der gnaden ist mit aller Vernunft Kunst sinnen vnd vermügen auffß beste geschicket. Quod idem est ac si dixisset hominem ψυχικόν, qui κατὰ ψυχὴν id est animam Philosophicis studijs optimè & ad summum usq; instructus & excultus.

cultus. Hunc sapientem omni sua sapientia non tantum non percipere spiritualia spiritus, sed ne posse quidem pronuntiat.

Formula Concord. de lib. arbit. 1. Cor. 3. Der Natürliche Mensch verummet nicht / oder wie des Griechische Wort eigentlich lautet / sehet oder fasset nicht / nimmet nicht an was des Geistes ist / oder ist nicht fehg der Geistlichen sachen.

Vbi igitur hic lumen Logicæ Aristoteleæ, omnem scientis caliginem pellens? cum ea ex naturali rationis judicio profecta & ad illud conformata sit? ubi Caseliana mentis absolutio & indigeratio? ubi Oveniana vestigia imaginis Dei hominem ad spiritualia cœlestia & æterna perducentia? Furiosus huic est, & σκωδῶν ἑῷ edit, hæc qui negat. Quid igitur hic de spiritu S. pronuntiabit, qui omnem intelligendi vim & potentiam sapientiæ humanæ detrahit? ubi hic adoratio illa Corneliana, qua Philosophiam Theologiæ vestigia sequi, & ea semper adorare adstruit?

Quomodo enim adorabit quod nec capere nec intelligere potest? anne audiet Christi illud *Iob. 4. 22.* vos adoratis quod nescitis? Quomodo etiam impossibile erit hallucinari, & errores parere sapientiam humanam in divinis, cum ea nec capere nec intelligere possit? *ἰκανότητα*, id est, aptitudinem præterea non intelligendi modo *2. Cor. 3, vers. 5.* Spiritus S. hominum sapientiæ, sed & cogitandi de divinis detrahit, inquiens; non idonei sumus ex nobis ipsis ad cogitandum quicquam, velut ex nobis ipsis.

Quid autem est in nobis ipsis, unde cogitationes profluunt? anima certe rationalis. Ex huius autem facultate & potentia nos idoneos esse negat, aliquid vel saltem cogitare de divinis, unde *Iob. 15. vers. 5.* sine me nihil potestis facere inquit Christus. Extra Christum igitur potentia & facultas qualiscunq; fuerit, nihil illa potest in divinis, ideoq; de principibus sapientiæ huius seculi, quales Philosophi doctissimi fuerunt, pronuntiatur, quod sapientiam Dei non cognoverint *1. Cor. 2. vers. 8.*

Sic *Esaï. 9. vers. 1.* *Luc. 1. v. 79.* *Actor. 26. vers. 18.* nondum conversi in tenebris & umbra mortis sedere dicuntur. Imo *Matth. 6. vers. 23.* Christus lumen, quod in hominibus est extra Christum tenebras vocat. Si lumen, quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ. Et *Ephe, 5. vers. 8.* Ephesij ante conversionem dicuntur fuisse

tenebræ, nunc autem lux in domino. Extra Christum igitur nulla est lux, quæ Spiritus S. iudicio lux censeatur. Quicquid igitur in Logicis est Aristotelis, quicquid in mente & facultate animæ rationalis, mæ-
ræ sunt tenebræ extra Christum. Hic autem est vera lux, illumi-
nans omnem hominem venientem in hunc mundum. *Iob. 1. vers. 6.*
quæ lux cum istis tenebris lucis & sapientiæ humanæ nullam com-
munionem habet *2. Cor. 7. v. 14.* Ideoq; nunquam adorabitur ab istis
tenebris, quæ eam non comprehendunt *Iob. 1. v. 5. & 10.*

Huc & illa dicta referantur, quæ hominem ante conversionem,
non cæcum tantum, sed & mortuum docent in spiritualibus.

Conferantur insuper hæc Philosophorum paradoxa, ad nostra-
rum ecclesiarum doctrinam de imagine Dei per peccatum perdita, &
adhuc clarius patebit quam procul à confessione & sententia no-
strarum Ecclesiarum recedant.

Sic enim docemur: nihil omnino, ne scintillulam quidem spi-
ritualis lucis per lapsum homini relictam esse; sed per peccatum eum
omni luce & viribus spiritualibus spoliatum esse. Contra communem
igitur nostrarum Ecclesiarum confessionem, Ovens in suo Pro-
grammate asserit, homini relictam post lapsum vestigia prioris excel-
lentiæ, ut voluntas se rationi jungendo, spiritualia, æterna & cælestia
prosequatur, adeo ut furorem & *συνδῶμα πῆσις* pronunciet, hæc si quis
neget.

Ab his igitur publicis Christianæ Academiae quatuor Professo-
ribus vox Ecclesiæ nostræ proclamatur Scytharum vox & furor, quæ
contrarium tot annos etiam contra inferorum portas asseruit & do-
cuit.

Assumantur porro & cæteræ Ovensæ Programmatistæ sententiæ
& iudicetur, quantum hi Philosophi à veritate in doctrina de imagi-
ne Dei discrepent, & quid inscitia non audeat. Tristis illa cæcitas
mentis & voluntatis contumacia huic Philosopho tantum est pœna
transgressionis. De culpa & ἀραγία peccati originalis nihil novit, atq;
ita eandem cum Pontificijs sententiam probabit damnatam in Aug.
Confes. Apol. art. 1. §. Die Widersacher/ etc. ubi conqueruntur mayo-
res, quod in scholis eo tempore de originali peccato magis ex genti-
lium & Philosophorum scriptis locuti fuerunt. quàm ex verbo Dei.
Istam quærelam anne Ecclesia ingemiscendo hoc tempore merito
repetat,

reperat, cum talia opinionum monstra, in tanta luce Evangelij Philosophi revocare non vereantur, iudicet pius, legatq; quae ibidem sequuntur ad declarationem huius loci uberiorem in dicto Apologiae loco.

Quid etiam est Pelagianismum revocare si hoc non est, quod Programmatista asserit, utriq; facultati mentis & voluntatis relicta prioris excellentiae vestigia ne homo bene conditus male periret.

Tantum igitur Spiritualis lucis & vestigiorum imaginis Dei homini reliquum adhuc est, ut à perditione se liberare possit?

Pelagius certe non tam crasse suum errorem proposuit, ut hi nostri novi Theologiae reformatores faciunt ad Philosophiam suam tuendam, ne ea aliqua labe aspergatur, impune interim verbum Dei & confessionem Ecclesiae polluentes publicam.

Reliquis autem hisce, quibus homini liberationem pollicentur à perditione, addatur etiam Caselij perfectio & absolutio, imo indigetatio mentis, & Sanctus Patris omnium cultus, quam per ancillam suam Philosophiam & Sacras naturae tabulas ex lumine Logicae & Ethicae Aristoteleae sanctus Caselius spondet; & conferatur ad hanc Lutheri sententia Tom. 1. Ienens. disputatio de Homine thesi 28. ubi inquit: Impie Philosophantur contra Theologiam, qui Aristotelem (nihil de homine Theologico scientem) inducunt, quod ratio deprecetur ad optima: quam thesin in postremis etiam scriptis suis constanter adserit & defendit, sancta q; Ecclesia approbavit.

Ne vero Cornelius in hoc capite syncerior existimetur, animadvertatur, quod ante aliquot annos in explicatione Logicae, publice juventuti inculcavit, in spiritualibus habitibus requiri potentias, quibus habitus recipere possint, qui infunduntur divinitus, si enim potentia talis non insit, erit eius privatio in subjecto & non poterit tales recipere habitus. Hæc ille. At contra verbum Dei perspicue docet non tantum nullas adesse potentias homini ex sese recipiendi habitus divinos I. Cor. 2. vers. 14. Animalis homo non potest ea percipere quæ sunt Spiritus Rom. 8. vers. 7. φρόνημα σαρκός non subijcitur legi, ne potest quidem: verum etiam contrariam repugnandi potentiam homini tribuat Rom. 8. vers. 7. φρόνημα σαρκός est inimicitia adversus Deum, & vers. 6. intelligentia carnis mors est.

Secundum

Secundum hanc verò Cornelii consequentiam, impossibilis erit hominis conversio, facilius autem juxta eundem, convertetur Philosophus, quàm alius quispiam, quod hæc potentia recipiendi habitus Spirituales in illo sit magis exulta per Philosophiam. Spiritus S. autem hanc sapientiam Philosophorum nostrorum ignorasse dicitur, cum *Tit. 1. vers. 15.* omnium mortalium mentes non purificas fide *Act. 15. vers. 9.* pollutas, & ad omne opus bonum reprobas esse ait; Secundum nostros enim dicendos Philosophiæ cultores valde expeditos & promptos ad bonum esse.

Aliter etiam Augustinus statuit: Nam in lib. ad Simpl. scribit Deum præterisse multos Philosophos homines acuti ingenij. & eximie eruditionis: Præterisse etiam multos, qui si civiles mores spectes innocentes erant, & vitæ probatæ? ut enim divitias misericordie suæ patefaceret, id magis inquit consequitur, si eos adducat, qui & magis reluctentur, & propter vitæ merita ab ea magis sint alieni, quam si eos eligat, qui humanæ rationi videntur esse aptiores. Atq; hinc est quod Christus cohortem suam conflavit ex publicanis & abjectis hominibus, nec dedignatus est, vocare ad se latrones & meretrices.

Chemnitius in Exam. Concil. Trident. ex Clemente notaverat, quosdam Philosophia justificatos: hoc ait Andradium ita explicare: ipsam quidem Philosophiam nunquam habuisse vim ad justificandum, sed ad justitiam comparandam fuisse olim Græcis necessariam. Et Philosophiam esse pædagogiam ad Christum. Sic enim ait: Philosophiæ meditatio, quia mentem Dei cognitione illustrat, pietate informat, virtutumq; institutis & amore exornat, ad Evangelium quodammodo viam munit. Animus enim qui ex Philosophia veræ Dei cognitione virtutumq; luminibus est illustratus, atq; in divinarum rerum contemplatione satis versatus, facilius ad reliqua fidei mysteria adducitur.

Hæc conferantur cum sententia Cornelij, cū Concordiam. Oveni & commendatione Philosophiæ Caseliana, & judicetur, quid aliud Philosophi conentur & agant, quam ut hanc damnatam Pontificiorum sententiam in scenam reducant, & hostes se gratiæ Dei demonstrent, ut verè Augustinus inquit: Sub laudibus naturæ latent inimici gratiæ.

Legatur

Legatur Luthe. Disput. An. 17. Error est dicere, sine Aristotele non fit Theologus. Imo Theologus non fit, nisi id fiat sine Aristotele. Totus Aristoteles ad Theologiam est tenebræ ad lucem. Bonum erat Ecclesiæ si Theologis natus non fuisset Porphyrius cum suis universalibus.

Saniores his Philosophis Pontificij sunt, negat enim Bellarmin. lib 6. cap. 5. de Grat. & lib. arbit. Hominem solis naturæ viribus posse ullo modo se præparare, secundum nostros vero, si Philosophia facit, ut facilius quis convertatur, præparabit certè ad gratiam recipendam.

Mirum præterea erit, Deum respicientem de cælo super omnes filios hominum, an esset, qui requireret & intelligeret Deum, non observasse Philosophos Caselianos, qui per Philosophiam suam sanctam patris omnium cultum præstant, & mentis absolutionem, indigetationemq; pollicentur, Imo Homeri rationem non habuisse, qui Caselio fuit *sanctissimi Officij Magister*? Aristotelem verò indignius etiam præterisse, qui novam lucem in genus mortalium intulit.

Ideoq; cum Spiritus S. dicit Deum habita diligenti inquisitione, reperisse ne unum quidem, qui faceret bonum & requireret Deum, merito debuisset adijcere: excipe Philosophos Caselianos: horum enim Philosophiâ, qui exculti sunt, faciunt bonum, tendunt ad optima, & sanctum patris omnium cultum præstant, omnemq; caliginem mentis luce Logicæ suæ Aristoteleæ pellunt. Miratur Lutherus de servo Arbitrio contra Erasm. qui factum sit, ut adversus illas universales locutiones (omnes declinaverunt: non est justus quisquam: non est, qui faciat bonum, ne unus quidem) quibus etsi quis velit, nemo clarius & apertius quicquam loqui possit, prævaluerint contrariæ, imo contradictoriæ: Est aliquid in homine quod bonum est, & ad bonum nititur.

Nunc autem dicas id mirum non esse, quod Lutherus id miratus fuit, quia in Philosophia Caseliana non fuit enutritus, quæ mentis perfectionem & indigetationem præstat.

Prudens autem Lector ex allegatis scripturæ fundamentis judicium faciet, utrum cum Caselio tantum Philosophiæ potius arrogare, quàm cum verbo Dei hanc illi larvam detrahere debeat, & concludere, quod non tantum concretum, Philosophus scilicet, non intelligat

C

telligat

telligat ea, quæ sunt spiritualia, sed etiam abstractum cultissima ratio, anima hominis cum omni sua potentia & viribus, sapientia & Philosophia non possit ea percipere. Idem de cæcitate rationis in spiritualibus confessiones nostrarum Ecclesiarum publicæ docent, & confirmant, quemadmodum in locis de imagine Dei, de libero arbitrio de peccato originis videre est, quæ brevitatis causa hic omittuntur. Hæc pauca sint multorum instar.

Apolog. August. confes. Nach den aller besten höchsten kresten der Vernunft / sind wir dennoch Fleischlich wider Gott gesinnet. Et paulo post, Das Natürliche wieder Gott all vnser Herr vnd mueth stehe.

Formula Concord. de lib. arbit. In Weltlichen vnd Cussertlichen Geschehen / was die Narung vnd leibliche Nothurfft betrifft / ist der Mensch witzig / vörnünfftig vnd geschäftig: Aber in Geistlichen vnd Göttlichen sachen / was der Seelen heil betrifft / ist der Mensch wie eine Salz seule / wie Loths Weib / Ja wie ein Kloss vnd Stein / Wie ein tod, Bildt / das weder Augen noch Munde hat / weder sun noch Herr braucht.

Eadem Form. cum in initio loci de lib. Arbi. Summam doctrinæ proposuisset: Hominem non regeneratum proprijs viribus intellectus cordis & voluntatis nihil omnino intelligere, accipere, cogitare, velle incipere, & perficere posse in spiritualibus, sed prorsus & penitus mortuum esse ad bonum, ut ne scintillula spiritualium virium remanserit post lapsum.

Subiicitur: Hæc licet supercilio humanæ rationis & Philosophiæ displiceant, tamen novimus mundi huius perversissimi sapientiam coram Deo stultitiam esse, & de Articulis fidei tantum ex verbo statuendum.

Lutherus in explicat. Euangel. Domin. I. post Epiphan. Durch dreyerley Lehr sind die Leute von Gottes Wort abgeföhret. Die erste ist gewesen die gar grobe / welche S. Thomas (ist er anders heilig) vnd andere Schullehrer geschrieben / die da kommet aus Heydnischer Kunst vnd Natürlicher vernunft / davon sie also gesagt haben: Der Natur Licht sey gleich wie eine schöne liechte Taffel / vnd die Schrift sey wie die Sonnen / so auff eine solche Taffel scheinet / das sie desto schöner gleisse. Also scheinet auch das Göttliche Licht auff das Licht der Natur / vnd erleuchte es.

Mit

Mit dieser Gleichnis haben sie Heydnische Lehre auch in die Chri-
stenheit bracht/ die haben hernach die hohen Schulen allein gelehret vnd
getrieben/ so gar/das sie selbst solche Gleichnis haben vmbgekehret/ das sie
durch die Vernunft aus Aristotelis Kunst vnd Lehre/ haben die
Schrift erleuchten wollen/ Welche doch das einzige Licht ist/ ohn wel-
cher alles Licht der Vernunft eitel Finsternis ist/ in Götlichen sachen
vnd Articeln des Glaubens/ wie zuvor oft hiervon gesagt ist.

Lutherus in cap. 2. Epistolae Galatas. Es sein die Geistlichen
Krefft nicht allein verderbet/ sondern auch durch die Sünde ganz vnd gar
verulget/ beyde in Menschen vnd Teuffeln/ also das da nichts anders
ist/ denn ein verderbter Verstand/ vnd ein solcher Wille/ der Göt-
te aller dinge feindt vnd wider ist/ der auff nichts anders dencket noch trach-
tet/ denn nur alleine auff das/ so Gott entgegen vnd wieder ist.

Darumb istts wol war/ vnd lasse es auch zu/ das die Natürlichen
Krefft noch sein vnderbet am Menschen. Aber welchs sind solche
Natürliche Krefft? Nemlich diese/ das der Mensch/ der sonst im
Gottlosen wesen gar erfassen/ vnd des Teuffels eigen worden ist/ den-
noch gleichwol hat einen Willen/ Vernunft/ freyen willen/ vnd macht
zum Haus vnd Welt Regiment/ vnd andere dergleichen sachen auszu-
richten/ etc. Aber die Romanisten/ die weiniger Verstandt haben denn
Kos vnd Meuler/ habens auff die Geistlichen sachen gezogen/ vnd also
Geistliche vnd Weltliche dinge vnter einander vermengert. Darumb
wil vns gebühren/ das wir solchen vnstath/ den die Sophisten in der
Kirchen getragen haben/ ausfegen/ vnd solche ergernis beseits vnd aus
dem wege schaffen sollen.

Notent hoc
Philosophi.
Pium igitur
Hoffm 2,
studium.

Tom: L. Wittenb. pag. 94. Alles was in vnserm Willen ist/ das
ist böse/ vnd alles was in vnserm Verstande ist/ das ist nur eitel Irrthumb
vnd Blindtheit: Darumb hat der Mensch zu Götlichen sachen nicht an-
ders denn eitel Finsternis/ Irrthumb/ bössheit/ verkerten bösen
willen/ vnd vnverstandt. Et pag. 511. Was nicht Got-
tes Wort vnd Glaube ist/ das ist alles
Finsternis.

CAPVT TERTIVM.

Quod homo naturalibus suis vivibus, & vñ summum excolit sapientiã non possit aliter, quam spiritualibus hostiliter repugnare, & pertinaciter contradicere, atq; eadem stultitiã pronuntiare.

Philosophi statuunt.

1. *Philosophiam & νοῦματα Philosophica peccato corrupta & depravata non esse, ut regeneratione inaiuant.*
2. *Quod propterea etiam non contradicant spiritualibus, sed ea sequantur & prone semper adorent.*
3. *Quod non sit annumeranda operibus carnis.*
4. *Quod tantum convenientiam cum spiritualibus habeant, ut facilius convertatur is, qui Philosophicis studiis excultus sit, quam qui eorum sit rudis.*
5. *Quod vestigia relicta sint prioris excellentiã, quam homo ante lapsum habuit in facultatibus mentis & voluntatis, vt voluntas rationi se iungendo aeterna, cœlestia & spiritualia persequi possit.*
6. *Si quæ contra dictio fiat, eam magis imperitorum Theologorum, qui terminis Philosophicis imperitè utuntur, culpa fieri, quàm Philosophiã & Philosophorum.*

Hæc illorum sententia ad iudicium spiritus S. exigatur.

Paulus Rom. 8. vers. 7. φρόνημα τῆς σαρκὸς inimicitiam esse pronuntiat adversus Deum. Cum autem Philosophi repugnantiam non ipsi sapientiã humanã & Philosophiã: sed sapientibus eãdem non rectè utentibus tribui velint, expendatur hic diligentius, quid sit σὰρξ seu caro & φρόνημα τῆς σαρκὸς & sapientia carnis.

Per carnem non solum pollutionem peccati, sed etiam hominem carnalem & animale, qualis est extra Christum, dissentiens à spiritu, hoc loco ut passim etiam in sacris notari, extra controversiam est, nec quisquam præter hos Philosophos dubitabit. Etsi enim animale hominem à carnali Philosophi distinguere cupiunt: nullum tamen eius fundamentum è scriptura proferre possunt.

Nostra.

Nostrarum igitur Ecclesiarum sententiam in verbo fundatam tam diu retinebimus, donec novi hi Theologiae reformatores novorum dogmatum fundamenta proferant. Christus enim *Iob 3. vers. 6.* Quicquid ex carne natum est, carnem pronunciat. Talis autem cum animalis homo sit, eum etiam pro carne habemus. Tantum enim quod ex Spiritu natum est, Spiritus est, & ii in carne non sunt, in quibus Spiritus Dei habitat *Rom. 8. vers. 9.* Ex aqua igitur & Spiritu qui regeneratus & Christo insertus non est siue sapiens siue Philosophus fuerit, in carne est, & carnalis habetur, nec Spiritum Christi habet: qui enim Spiritum Christi non habet, non est ejus. Sic Lutherus nos docet in lib. de servo arbitrio pag. 232. Quod Paulus hic carnales vocet omnes scilicet, qui non sunt spirituales, manifestum est cum ex ipsa partitione & oppositione Spiritus & carnis, tum ex ipsiusmet Pauli verbis: Vos in carne non estis &c. Quid enim aliud hic vult (vos non estis in carne si Spiritus Dei in vobis est) quam necessario eos in carne esse, qui Spiritum Dei non habent? Et qui Christi non est, cujus alius, quam Satanae est? Stat igitur, quod qui Spiritu carent, hos in carne & sub Satana esse. Sic & in praefatione Epistolae ad Romanos *Fleisch vnd Geist* musten nicht alleine also verstehen / das Fleisch alleine sey was die vnterschiedlichkeit betreffe / vnd Geist was das innerliche im Herzen betreffe. Sondern *Fleisch* heisset S. Paulus wie Christus *Johannis 3. vers. 6.* Alles was aus *Fleisch* geboren ist / Der ganze Mensch mit Leib vnd Seel mit Vernunft vnd allen Sinnen / darumb das es alles an ihn nach dem *Fleisch* trachtet. Also das du auch dem *fleischlich* muessen hie heissen / der ohne gnade von hohen Geistlichen sachen viel tichtet lehret vnd schworet / wie du dann aus den Wercken des *Fleisches* *Gal. 5. vers. 19.* wol kanst lernen / da er auch *Rezeren vnd Haß Fleisches werck* heisset.

Tom. I. Witteb: pag. 75. *Fleisch* heisset Paulus die allerbeste vnd höchste Weisheit Verstand etc. so hoch vnd gut sie der Mensch aus natürlichen Krefften auffbringen mag.

Et pag. 117. *Fleisch* ist alles das so an dem Menschen das allerbeste vnd höchste ist / als da sind die allerhöchste Weisheit so Menschliche Vernunft haben mag.

Brentius in Epist: ad Rom: Caro non tantum una & crassa illa atque corporea pars hominis dicitur: Sed totus homo cum omnibus suis naturalibus tam corporis quam animae viribus & potentiis. Sic enim

enim carnis nomine Christus utitur *Iob. 3.* & ad *Gal. 5.* Commemorat Paulus inter carnis opera idolomaniam & haereses, quæ certè sunt opera humanae rationis & sapientiae, hoc est præstantissimæ partis hominis. Totus igitur homo cum omni sua sapientia aliisque omnibus suis potentiis dicitur hoc loco caro.

φρόνημα vero quid est? Vetus vertit sapientiam. Beza intelligentiam. Lutherus in explicat: Epist: ad Gal: Sic exponit: φρόνημα est animi nisus, conatus, intentio, sensus, sentimentum, opinio, sententia, propositum, institutum, consilium, cogitatio, mens, hoc Græco verbo φρόνημα, φρόνησις exprimitur.

Sed negant Philosophi & quidem etiam censors alii, hic notari Philosophiam, cum sit donum Dei. Etsi vero nunquam negatum fuerit Philosophiam donum esse Dei, suis se terrimnis si contineat, & humana tractet, adeo ut D. Hoffmannus ipsam decus generis humani prædicet: non tamen propterea eximi poterit ab eo quod Paulus hic φρονίματι tribuit. Non enim de eo quaeritur, qualis Philosophia & donum illud Dei sit consideratum in rebus humanis, sed qualis sit Philosophia & sapientia Philosophica convertens se ad res divinas, spirituales, mysticas. De hac autem Paulus pronuntiat, quod omnis sapientia humana & Philosophia sit inimicitia adversus Deum, quodq; divina & spiritualia stultitiam pronunciet. Etsi igitur fateamur Philosophiam donum Dei esse, lucem post lapsum reliquam: ita tamen infecta, corrupta & depravata est, ut, quando ad divina hæc lux se convertit, non tantum sit tenebra, sed etiam inimica Deo, & ejus legi. Ut infra plenius docendum erit. Ideoq; omnia quæ sunt in mente & voluntate præstantissima voce φρονίματες Paulum notare Lutherus docet, quemadmodum & Apol: Aug: Confess: explicat *Art. 21.* Und also/ etc. Das wir nach dem allerbesten höchsten Krefftten vnd liecht der Vernunft dennoch fleischlich wieder Gott geneiget vnd gesinnet sein. Et paulo post: Das natürlich wider Gottes Wort all vnser sinn Herz vnd Muth stehet.

Form: Con: Von freyen willen. Zum andern zeuget Gottes Wort d; des natürlichen vnwieder gebornen Menschen verstand Herz vnd wille zu Gottes sachen ganz vñ gar nicht: alle ne von Gott abgewand/ sondern auch wie der Gott zu allen bösen gewendet vnd verkehret sey/ Item nit allein schwach/ vnmüchtig/ vndüchtig vnd zum guten erstorben/ sondern auch durch die Erbsünde

Erbfinde also jammerslich verkehret / durchgiffet vnd verderbet sey / das er von art vnd Natur ganz böse vnd gar widerspenstig vnd feind / vnd zu allem / das Gott mißfällig vnd zu wieder ist / allzu krefftig lebendig vnd thetig sey / Gen. 8. Das dichten vnd trachten des Menschliche Herzen ist nur böse von Jugend auff / Rom. 8. Des Fleisches sinn ist eine feindschafft wider Gott / Rom. 7.

Et Paulo post. So nun im heiligen Paulo vnd andern wiedergeborenen der Natürliche vñ Fleischliche freyer wille auch nach der wiedergeburt Gottes Befehle widersprechet / vielmehr wird es vor der Wiedergeburt Gottes Befehle vnd willen widerspenstig vnd feind sey.

Et Corpus doctrinae Iulium de formulis caute loquendi. Das auch in den beferren die Sapiencia carnis, alle höchste Vernunft eine stete feindschafft sey wider Gott.

Brentius in Epistola ad Rom: locum hunc ita explicat: Totus igitur homo cum omni sua sapientia aliisque omnibus potentiis dicitur hoc loco caro: affectus autem carnis dicitur naturalis conatus, impetus, studium, cupiditas & ardor ad carnalia. Quid ergo hic affectus affert? mortem inquit. Itaque totum totius carnalis hominis studium non propendet nisi ad ea, quae sunt mortifera, nec adfert nisi ea, quae sunt pestifera & exitialia. Loquitur autem Paulus hoc loco non tantum de crassis externis & manifestis peccatis, quae designat homo: Sed loquitur de optimis carnalium seu renatorum hominum operibus & praestantissimis eorum virtutibus. Et est sententia: totus totius hominis naturalis affectus & conatus etiam in optimis & excellentissimis est exitialis & tendit ad perniciem & caetera: Quid hoc? & quomodo praestantissimae hominis virtutes sunt inimicitia adversus DEVM, cum Deus bona opera & honestas virtutes praceperit? sequitur: affectus carnis idcirco est inimicitia, quia legi Dei non subditur & ne potest quidem.

Camerarius: φρόνημα dicit esse confidentiam animi in opinione singularis excellentiae.

Philip: Melanthon. Hic sensus significat cogitationem & appetitiones sensuum & voluntatis. Nam Paulus complectitur λόγος & ἔργα, & loquitur Paulus de cogitatione & appetitione erga Deum. Estque sententia, quod iustitia humana, Philosophia, leges civitatum, imo ipsa lex Dei, sicut eam ratio sine fide & sine Spiritu Sancto cogitat & conatur facere, sint mors.

Heshusius

Heshusius locum Pauli in commen. Sic exponit τὸ φρόνημα non significat affectus & carnales appetitus, sed potius omnes sensus humanos, cogitationes, consilia studia doctrinam (& sic Philosophiam) rationem voluntates & affectus, qui ab homine proficiuntur &c.

Quod Scipio valet fortitudine, quod Plato sapientiâ, Aristides justitia: Atticus modestia &c: Hæc omnia nominat hic Paulus φρόνημα σαρκός, sensum carnis: Sunt enim ab homine profecta absque Spiritus S. illuminatione, & absq; veritate verbi divini. Quid vero potest nunc tristius dici, quid magis horrendum cogitari, quam quod Paulus asserit hanc carnalem hominum sapientiam, justitiam, studia, voluntates, virtutes, esse inimicitiam adversus Deum: hoc est, bellum gerere adversus Dei sapientiam, justitiam & voluntatem. Ex animo igitur deploremus generis humani tristissimas miseras.

Et in libro de servo Arbit. Somniant quidem Philosophi restare aliquam lucem in mente, quæ nos ad optima hortetur, ut ille inquit ὁ λόγος πρὸς τὰ ἄριστα προκαλεῖ: Verum Spiritus S. & propius novit nostram miseriam, & majoris est authoritatis in Ecclesia Dei. Tolerari posset sententia in vitæ civilis administratione. Sed ubi ad religionem est perventum, hic nihil nisi odium & inimicitia adversus Deum est in homine.

Hunnus ad Rom 8: Vbi vocabulum Græcum φρόνημα observandum venit, quo sensus intelligentia & sapientia humanæ rationis in hominibus non renatis intelligitur.

Et ex his iudicium fiat: an Philosophia operibus carnis accensenda sit vel non: Certè cum præstantissimæ, excellentissimæ rationis humanæ opus extra Christum carnis sit opus; nemo negabit Philosophiam esse opus carnis. Si quis tamen censet excludi Philosophiam ab hac accusatione inimicitiae adversus Deum, is doceat Philosophiam non esse sapientiam, cogitationem mentis & rationis humanæ: non esse præstantissimum opus mentis; non esse lumen naturæ præstantissimum: non esse hominis præstantissimi studium, virtutem, doctrinam, lucem rationis. Et si carnis opus non sit dicenda Philosophia, doceatur esse opus Spiritus. Hic enim medium nullum est *Iob. 3. vers. 6.* Quod genitum est ex carne, caro est. *Luc. 11. vers. 23.* qui non est mecum, contra me est, inquit Christus, multisque Lutherus docet, carnis opus esse, quod à Spiritu non proficiatur. Quod si ve-

ro ne.

rò negare non poterunt, humanam Philosophiam & sapientiam rationis comprehendi sub hisce titulis, concedant oportet cum orthodoxa Ecclesia, eandem quoq; esse non inimicam modo, sed inimicitiam esse adversus Deum. Necq; hic distinctione quisquam Philosophiam liberabit, quod aliud Philosophia sit sincera & pura, aliud ἀμάσθημα eius, aliud etiam τὸ φρόνημα, aliud φρόνημα σαρκὸς vel Philosophiam esse medium inter carnem & spiritum; cum Paulus hic purissimum & sincerissimum quod est, in ratione & eius lumine accuset non tantum impuritatis, sed etiam inimicitiae adversus Deum arguat. Et si omnis sapientia rationis, si lumen & præstantissimum opus mentis est inimicitia, ut ex hoc Apostoli loco rectè Doctores Ecclesiae declarant, certè Philosophia etiam, ubi purissimam judicatur rationi, non effugiet hanc accusationem Pauli, quod Deo adverteatur, si ad res divinas & spirituales se convertat. Locum igitur hic habere nequit illa distinctio inter φρόνημα purum & eius ἀμάσθημα, cum nihil ab impuro hominis corde purum proficisci queat, sine regeneratione & nova creatione spiritus Sancti *Iob. 14.* Quis potest facere mundum ex immundo conceptum semine. Et *Matth. 7. & 12.* mala arbor fructus bonos ferre non potest.

Sed distinguendum dices inter τὸ φρόνημα, & τὸ φρόνημα σαρκὸς, quorum illud *Rom. 12. vers. 3.* commendatur, hoc dicto loco *Rom. 8.* accusatur.

Respondetur neminem unquam negasse aliud esse φρόνημα τῆς σαρκὸς, aliud φρόνημα τῷ πνεύματι: nec de eo quaeritur quale φρόνημα sit renatis per spiritum S. concessum; sed de eo quaeritur quid sapientia carnis, hoc est hominis etiam præstantissimi extra Christum præstet in divinis, τὸ φρόνημα verò, quod ab Apostolo *Rom. 12. vers. 3.* commendatur, non est φρόνημα τῆς σαρκὸς, hoc est hominis etiam præstantissimi extra Christum, quod opponitur *Roman. 8. vers. 6.* φρονηματι τῷ πνεύματι: sed est ipsum φρόνημα τῷ πνεύματι ἀγίῳ. Expresse enim Apostolus ibidem addit illud φρονεῖν sobrietatis esse, & à Deo secundum mensuram fidei concessum, φρόνημα verò τῆς σαρκὸς in divinis non potest aliter, quàm sobrietatis limites excedere & supra legem Dei se efferre, quemadmodum Apostolus inquit, quod legi DEI non possit subijci.

D

Nemo

Nemo verò unquam negavit sapientiam sive prudentiam spiri-
ritualem quæ per spiritum S. renatis datur, congruere legi Dei: nam
Rom. 8. vers. 6. dicitur φρόνημα τῷ πνεύματος vita & pax. Distin-
ctionem igitur hanc qui tueri voluerit, doceat, in homine etiam præ-
stantissimo extra Christum & renovationem (de eo namq; quæstio
est) quoddam esse φρόνημα, quod sit inimicitia adversus Deum:
quoddam verò φρόνημα in iisdem non renatis, esse quod congruat
legi Dei, nec sit accensum à Spiritu Sancto, sed extra Christum à ra-
tionis humanæ viribus per lapsum reliquis profectum, quod non sit
dicendum φρόνημα τῆς σαρκός, & eximendum ab hac Pauli accusa-
tione *Rom. 8. vers. 7.* Tale φρόνημα nobis monstret distinctionis au-
thor, ab Apostolo commendari, ut isti studeamus, præcipi. Supra
verò constanti doctorum iudicio demonstravimus per carnem to-
tum hominem extra Christum qualis est, eum præstantissimis suis
donis & viribus notari, & per carnis φρόνημα sapientiam & intelli-
gentiam & prudentiam talis hominis extra Christum. Ideoq; non
poterit dari in tali homine extra Christum aliud φρόνημα, quod sub
eo, de quo Paulus *Rom. 8. vers. 7.* agit, non compræhendatur, nec
inimicitia sit adversus Deum, sed eidem sit conforme & congruens,
legiq; ipsius libenter subijciatur.

Sin autem tale astruxerit quispiam, necesse est statuat, per lapsum
& amissionem imaginis Dei non omnem omnino notitiam & lucem
spiritualem amissam esse, nec in locum eius successisse meras tene-
bras & vires contrarias; quemadmodum Lutherus in Epistola ad Gal-
atas inquit: Das die Geistliche krefft nicht allein verderbet/sondern auch
durch die Sünde ganz vertilget sein/beyde in Menschen vnd Teuffeln:
Sed aliquam post lapsum, homini non solum lucem conformem legi
Dei relictam: Sed etiam sapientiam quandam, quæ non adversetur
Deo, eiusq; legi, sed tendat ad bonum. Et ita sequetur non omne
φρόνημα in obsequium Christi captivandum esse, falsumq; pronuncia-
bitur nostrarum Ecclesiarum dogma de totali amissione omnium vi-
rium, spiritualium & accessione contrariorum.

Graviter de hoc Lutherus de servo Arbitr. pag. 233. Iam videamus
quid sentiat de conatu & vi liberi arbitrij carnalium. Qui in
carne sunt Deo placere non possunt. Et contra: Sensus carnis est
mors. Et iterum Sensus carnis est inimicitia adversus Deum. Item,
legi

legi Dei non est subjectus, neq; enim potest. Hic mihi respondeat liberi arbitrij tutor (Adeste Philosophi, & novæ distinctionis authores) quomodo possit conari ad bonum id quod est mors, displicens Deo, inimicitia contra Deum, inobediens Deo, nec potens obedire? Nec enim voluit dicere sensus carnis est mortuus, aut inimicus Deo, sed ipsa mors, ipsa inimicitia, cui sit impossibile Legi Dei subijci aut Deo placere, sicut & paulo ante dixerat: Nam quod impossibile erat Legi, quia infirmabatur per carnem, Deus fecit &c.

Qui verò illud *φρόνημα* hominis extra Christi gratiam exceptum ab hac accusatione Pauli *Rom. 8. vers. 7.* medium statuit, cum Origene, unde Hieronymus & ex eo Erasmus, tale medium finxit quod in voluntate hominis esset quoddam purum & merum velle, quod in bonum quidem sine gratia nihil posset, sed tamen sine gratia non statim malum vellet, Hic rursus Lutherum audiat de servo Arbit. Si Deus in nobis est, Satan abest, & non nisi velle bonum adest: Si Deus abest, Satan adest, & non nisi velle malum in nobis est, &c.

Idem? Nota est mihi fabula Origenis de triplici affectu, quorum unus caro, alius anima, alius spiritus illi dicitur. Animus vero medius ille inter utram partem vel carnis vel spiritus vertibilis. Sed sua hæc sunt somnia: dicit tantum ea, sed non probat. Paulus hic carnem vocat, quicquid est sine spiritu, ideo summæ illæ virtutes optimorum hominum in carne sunt, hoc est mortuæ, inimicæ Deo sunt, legi Dei non subjectæ, nec potentes subijci, Deoq; non placentes. Et ibidem: Miror qui factum sit, ut adversus illas universales voces & sententias prævaluerint contrariæ, imò contradictoriæ scilicet: Aliqui sunt non declinantes &c. aliquid est in homine, quod bonum est & ad bonum nititur. Et in commenta. Epistolæ ad Galat. cap. 3. Iam puto Neutralenses meos hoc loco satis confossos, qui opera quædam neutralia & in genere morum bona finxerunt. Hic Apostolus Legis opera maledicit legis, inquam, Dei, quæ utique meliora fuerunt, quam dictaminis naturalis.

Et cap. 2. præced. Vbi sunt ergo nostri Neutrales, qui inter peccatum & justitiam fidei medium statum finxerunt, scilicet moraliter bonum, cum Apostolus ipsam legis, justitiam appellet mortuam. At mortuum apud Apostolum non dicitur nisi quod peccatum

prius sit : sicut dicit : Stimulus autem mortis peccatum est, & *Rom. 5.*
per peccatum mors.

Hic etiam Philosophi nostri se exerceant, & ostendant quomodo Philosophia non sit carnis opus, & cum non audent eam opus spiritus dicere, mediam eius naturam nobis ex sacris scripturae tabulis deducant & confirment.

Ex praedictis autem concluditur illas distinctiones hoc loco alienas falsas & ineptas esse, qua inter φρόνημα & eius ἀμαρτία, inter φρόνημα & φρόνημα τῆς σαρκός hic distinguere conantur, & Philosophiam medium aliquod inter carnem & spiritum fingunt : orthodoxam potius tuebimur hanc sententiam : omnem sapientiam humanam, quantumvis excellentem extra Christum carnalem esse & opus carnis, atq; inimicitiam adversus Deum, quotiescunq; ad mysteria & res spirituales sese convertat.

Hæc autem inimicitia rationis & sapientiae humanæ, ut manifestior sit, pluribus ab Apostolo describitur, quod talis sit, ut non renatus ad spiritualia & divina se convertens, aliud iudicium de ijs facere non possit, quam sapientiam Dei & mysteria divina esse stultitiam.

1. Cor. 2. vers. 14. Animalis homo non est capax eorum quæ sunt Spiritus Dei, sunt enim ei stultitia, nec potest ea cognoscere, quia spiritualiter dijudicantur. Animalis homo quis dicatur, Lutherus in glossa marginali exponit. Der Natürliche Mensch ist wie er auch außs beste geschickt ist / außser der Gnaden / mit aller Kunst / sinnen / vermögen. Nec ulla dabitur in verbo Dei fundata distinctio inter hominem animale & carnalem. Recte enim Lutherus hic animale eundem dici ostendit, quem supra vocavit carnalem; hominem scilicet extra Christum in summa sapientia constitutum. *1. Cor. 1. vers. 18* Sermo ille de cruce, iis quidem, qui pereunt, stultitia est, nobis autem qui servamur, potentia Dei est. Et *vers. 23.* Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem offendiculum, Græcis autem stultitiam. Et *vers. 27.* Quæ stulta sunt, elegit Deus, ut pudefaciat sapientes. Ita igitur affecti sunt homines extra Christum omnes ad divina, ut illa pronuntient stultitiam. Vnde & *Colos. 1. vers. 21.* Homines ante Christum dicuntur à Deo abalienati & hostes ipsius mente malis intenti, qua fremunt adversus Deum & Christum eius *Psal. 2. vers. 1.*

Sed

Sed rursus hīc Philosophi distinguendum contendunt inter homines tales non renatos & eorum sapientiam, & hanc iudicii perversitatem culpa hominum abutentium sapientia humanā, non ipsi sapientiae imputandam esse. Sed hoc eorum vanum esse effugium, constanter inde colligitur, quod hęc repugnantia hostilis adscribitur ipsi etiam sapientiae humanae & mundi totius. Nam cum ostendisset Apostolus 1. Cor. 1. Evangelii doctrinam iis qui pereunt, quales omnes philosophi extra Christum fuerunt, esse stultitiam, addit: Scriptum esse enim: abolebo sapientiam sapientum & intelligentiam intelligentum tollam e medio. Nisi igitur ipsa etiam sapientia, quae est in sapientibus & intelligentibus, Evangelii doctrinam iudicaret esse stultitiam non aboleretur & e medio tolleretur, & ver. 20. Deum infatuasse sapientiam mundi hujus; & 1. Cor. 3. vers. 19. Sapientia hujus mundi stultitia est apud Deum, carpit enim sapientes in astutia ipsorum. Et cap. 2. vers. 6. Sapientiam hujus seculi & principum hujus seculi aboleri. Et ver. 13. Spiritus S. quae spiritualia sunt conjungit cum spiritualibus, animalis homo ea stultitiam iudicat, ideoq; conjungere nescit.

Magis hęc adhuc illustrantur ex descriptione pugnae, quae est inter illas duas sapientias, carnalem seu animale[m] sive naturalem, & spirituales seu divinam Gal. 5. ver. 17. Caro concupiscit adversus Spiritum, Spiritus adversus carnem, hęc autem inter se opposita sunt. Caro quid significet supra explicavimus. Hoc ergo docet Apostolus: hominem extra Christum, qualis est cum excellentissima sua sapientia, oppositum esse Spiritui ταῦτα ἀντιμαρτυροῦν inquit, Das sie wieder einander zu Felde siegē/ut castra castris opponuntur: Sic etiam in homine licet renato, carnem non exuere naturam suam, sed perpetuo se opponere Spiritui, ut homo renatus in perpetua cogatur esse pugna. Quemadmodum Paulus de se etiam renato fatetur Rom. 7. vers. 21. quod secundum interiorem hominem delectetur quidem lege Dei, sed aliam inquit video legem in membris meis ἀντισπᾶτευόμενον rebellantem legi mentis meae & captivum me reddentem legi peccati. Luth: in in glossa marg. Inwendiger Mensch heist hie der Geist aus anaden geboren/ welcher in den heiligen streitet wieder den eiffertlichen/ das ist Verminfft / Sinn / vnd alles was Natur am Menschen/ Milites insuper & stratiora, quos caro opponit Spiritui dicuntur esse λογισμοὶ ὑψώματα

καὶ πάντα νοήματα, quæ extolluntur adversus cognitionem Dei, & ei sunt contumaces, 2. Cor. 10. vers. 5. Ideoque hæc singula sunt evertenda & παν νόμα omnis cogitatio (sub qua Lutherus expressè Philosophiam comprehendit) captivanda est in obsequium Christi, quod est fidei, ad quod ut gentes perducantur, se gratiam & Apostolatam accepisse ait Paulus Rom. 15. 6. Quibus vero armis cum his congregandum sit docemur ibidem vers. 4. nimirum quæ divinitus sint valida ad subversionem munitio. Vbi Paulus fuisse videtur oblitus Philosophiæ Caseliana, cujus beneficio contendit Cornelius Theologiam à tot millibus hæreseon propugnatam esse.

Similiter Ephes. 6. vers. 14. Vbi hujus spiritualis militiæ arma spiritualia Apostolus enumerat, thoracem justitiæ, calceamenta Evangelii pacis, scutum fidei, galeam salutarem, & gladium spiritualem, nullam Philosophiæ mentionem facit, & spiritualia tantum enumerat.

Quid autem dicemus, quod 1. Cor. 1. vers. 17. Apostolus negat se venisse in sapientia verbi ne inanis redderetur crux Christi & 2. Cor. 2. vers. 4. prædicationem suam fuisse negat in persuasoriis humana sapientiæ verbis, Sed in spiritualis potentiæ demonstratione, ne fides Corinthiorum consisteret in sapientia hominum & 2. Cor. 1. vers. 12. Gloriatio nostra hæc est & testimonium conscientiæ nostræ, &c. quod non cum sapientia carnali, sed cum gratia Dei versati sumus in mundo. Si igitur per σοφίαν λόγου, inanis redditur crux Christi: & Paulus non cum sapientia hujus seculi, & carnali in mundo versatus fuit, qui tamen non ignarus fuit Philosophiæ, & tot regiones civitatesq; convertit, in quibus Philosophos pariter & indoctos habuit auditores: Probenobis Philosophi ex Dei verbo Philosophiæ singularem inesse virtutem vel efficaciam ad conversionem hominis.

Hoc enim si ita esset, Deus omnino eam elegisset, ut pudesaceret sapientes, & sapientiam sapientum, intelligentiamque intelligentium, è medio tolleret & infatuaret, & in conversione hominis, qua παν νόμα ad obsequium Christi perducitur, expressè testatur DEVM uti non armis carnalibus, sed spiritualibus & divinitus validis 2. Cor. 10. vers. 4. & 1. Corinth. 3. vers. 18. Si quis sibi videretur esse

esse sapiens in hoc seculo, stultus fiat, ut sit sapiens. Si Philosophorum constaret sententia, dicendum fuisset: Si quis vult esse sapiens coram D E O, fiat Philosophus Caselianus, sic enim facilius ad divinam sapientiam perveniet. Memorabilis est historia, quam recitat Ruffinus histo: *Eccles lib. 1. cap. 3.* & Sozome: *lib. 1. cap. 17.* Quantam vero virtutem habeat fidei simplicitas, etiam ex his, quæ inibi gesta feruntur, agnoscimus. Etenim cum pro studio religiosi Imperatoris, ex omni terra sacerdotes Dei coissent, opinione commoti Philosophi quoque & Dialectici valde nobiles & opinatissimi convenerunt. In quibus quidam insignis in arte Dialectica per dies singulos conflictus summi certaminis cum Episcopis nostris, viris adæque in Dialectica non improbabiler eruditus, movebat: & fiebat ingens spectaculum, conventibus ad audiendum doctis & literatis viris. Nec tamen ullo genere Philosophus concludi à quoquam proferebat aut constringi. Tanta enim dicendi arte objectis quæstionibus occurrebat, ut ubi maximè putaretur constrictus, velut anguis lubricus elaberetur.

Sed ut ostenderet Deus, quia non in sermone regnum Dei, sed in virtute consisteret, quidam ex professoribus simplicissimæ naturæ vir, & nihil aliud sciens nisi Iesum Christum & hunc crucifixum, inter cæteros, auditores Episcopus aderat. Qui quum vidisset Philosophum insultantem nostris, & callida se disputationis arte jaectantem, poscit ab omnibus locum, velle se paucis cum Philosopho sermocinari. Tum vero nostri, qui simplicitatem viri & imperitiam de sermone duntaxat nossent, pavere, & velut pudorem quendam pati, ne forte apud callidos homines risui efficeretur sancta simplicitas. Persistit tamen Senior: & hinc movit sermonis exordium: In nomine, inquit, Iesu Christi Philosophe audi quæ vera sunt. Deus unus est, qui fecit cælum & terram quique homini, quem de terræ limbo formaverat, Spiritum dedit: universa, quæ videntur, & quæ non videntur, virtute verbi sui creavit, & Spiritus sui sanctificatione firmavit.

Hoc verbum ac sapientia, quem nos filium dicimus, humanos miseratus errores, ex virgine nascitur, & per passionem mortis à perpetua nos morte liberavit, ac resurrectione sua æternam nobis contulit vitam. Quem & expectamus iudicem omnium quæ gerimus,
esse

esse venturum. Credis hoc ita esse Philofophe? At ille velut si nunquam ullum sermonem contradicendi didicisset, ita obstupefactus virtute dicentium, mutus ad omnia hoc solum potuit respondere, ita sibi videri, nec aliud verum esse, quàm quod dixerat. Tum Senior: si hæc, inquit, ita esse credis, surge & sequere me ad Dominicum, & hujus fidei signaculum suscipe. Et Philofophus conversus ad discipulos suos, vel ad eos, qui audiendi gratia convenerant: Audite, inquit, o eruditi viri. Donec verbis mecum gesta res est, verba verbis opposui, & quæ dicebantur, dicendi arte subverti. Vbi vero pro verbis virtus processit ex ore dicentis, non potuerunt resistere verba virtuti, nec homo adversari potuit Deo. Et ideo, si quis vestrum potuit in his, quæ dicta sunt, sentire quæ sensi, credat Christo, & sequatur hunc senem, in quo loquutus est Deus. Ita Philofophus Christianus effectus tandem se gratulatus est victum.

Sed hæc hoc loco sufficiant pro declaratione theseos: Quod sapientia humana & Philofophia ad spiritualia & mysteria se convertens, non possit aliter, quàm illis repugnare & contradicere.

Lutherus etsi copiosus est in confirmatione hujus theseos, & in singulis per e paginis sapientiam humanam spiritualibus inimicam & hostem docet, pauca tamen hic adijciemus.

Insignis est locus in explic. 1. cap. ad Gal. Bistu in Christi Reich nicht/ so istis gewis das du noch in des Teuffels Reich gehörest/ welchs ist die arge Welt/ vnd sind derhalben alle die Gaben/ so du hast/ Geistliche vnd Leibliche/ als da sind Weisheit/ Gerechtigkeit/ Heiligkeit/ Geschicklichkeit zu reden/ Gewalt/ Schönheit/ Reichthumb/ vnd dergleichen/ nichts anders/ denn mir ein rechter Werkzeug der Teuffelischen vnd Hellschen Tyranny/ damit du dem Teuffel dienen must/ vnd sein Reich damit fördern vnd mehren.

Für das erste verdunckelst vnd verfinsterestu mit deiner Weisheit die Weisheit vnd Erkenntnis Christi/ verführest die Leut/ durch Gottlose Lehre/ das sie zur guaden vnd Erkenntnis Christi nicht kommen können/ lobest vnd rhümest selbs deine eigene Gerechtigkeit vnd Heiligkeit/ Die Gerechtigkeit aber vnd Heiligkeit Christi/ dadurch wir doch allein gerecht vnd lebendig werden/ verfluchestu vnd verdamnest sie auff das ergste/ gleich als ob sie allerding ein ganz Gottlos vnd Teuffelisch ding were. Endlich zerstörestu durch deine gewalt/ des Reich Christi/ mißbrauchest ihr/ das
Evange-

Euangelium damit auszurotten vnd zuvertilgen / Christus Diener damit zu verfolgen / vnd zu ermorden / sampt allen denen / so dieselbigen hören / etc. Darumb ist deine Weisheit / so du außser Christo bist / eine zwweifaltige Torheit / deine Gerechtigkeit / eine zwweifaltige Sünde vnd Gottlos wesen / Sintemal sie von der Weisheit vnd Gerechtigkeit Christi nichts weiß / vnd sie noch dartzu auch vertumfelt / verhindert / lestert vnd verfolget. Derhalben S. Paulus die Welt wol eine arge Welt nennen mag / Denn da ist sie am aller ergsten / wenn sie am aller frömbsten vnd besten sein wil. Denn in den Geistlichen / Weisen vnd Gelarten Menschen / wil sie am aller frömbsten vnd besten sein / vnd ist doch zwiefeltig böse. Ich geschweige ihndt der groben Fleischlichen laster / so wieder die ander Taffel sind / derer die Welt doch voll ist / als da sind: Ungehorsam gegen den Eltern vnd der Obrigkeit / Ehebruch / Hurerey / Geiz / Dieberey / Todtschlag / Neid vnd Hass / Welches alles noch geringe Sünde sind / wenn man sie gegen den helt / davon ist gesagt ist / Nemlich gegen Weisheit vnd Gerechtigkeit der Gottlosen / damit sie wieder die Erste Taffel sündigen. Der weiße schöne Teuffel / der die Leute zu Geistlichen Sünden treibet / welche man nicht für Sünde / sondern für eitel Gerechtigkeit helt / der ist / der den grösssten schaden thut / gar viel mehr / denn der schwarze Teuffel / welcher allein zu den groben Fleischlichen Sünden treibet / die so grob sind / das sie auch die Welt für Sünde erkennen kan.

In explicat. Euangelij Dominica 3. post Epiphan. Lieber was guts thut die Vernunft zum Glauben vnd Gottes Wort: Ist nicht sie / die dem Glauben vnd Wort Gottes außs höchst widerstehet / das niemandt für ihr zum Glauben kan kommen / noch Gottes Wort leiden wil / sie werden geblendet vnd geschendet / das der Mensch mus ihr absterben / vnd gleich werden ein Narr / vnd ja so vnuerünftig vnd vnverstendig als kein Jung Kindt / sol er anders Glaubtig werden / vnd Gottes gnade empfangen? Wie Christus spricht Matth. 18. Es sey denn / das ihr euch umbkehret / vnd werdet wie die Kinder / so werdet ihr nicht ins Himmelreich kommen. Wie oft helt vns Christus für / das wir zu Kindern vnd Narren werden müssen / vnd verdampt die Vernunft?

Item / Sage mir / was hatten die Kindlein für eine Vernunft / die Christus herzet vnd segnet / vnd den Himmel zutheilet? waren sie nicht auch noch ohne vernunft? warum heist er sie denn zu ihm bringen /
E vnd

und segenet sie? Wo haben sie solchen Glauben her / der sie zu Kindern
 des Himmelreichs macht / Ja eben weil sie ohn Vernunft und Herrisch /
 sind sie besser zum Glauben geschickt / denn die Alten und Vernunftigen /
 welchen die Vernunft immer im wege ligt / vnd wil ihren grossen Kopff
 nicht durch die enge Thür stossen. Man mus hie nicht Vernunft noch ihre
 Werck ansehen / wenn man vom Glauben vnd Gottes Werck redet / Hie
 wirket Gott allein / vnd die Vernunft ist todt / blindt / vnd gegen diesem
 Werck wie ein vnvernunftig Block / auff das bestehe die Schrift die da
 sagt: Gott ist wunderbarlich in seinen Heiligen. Item Jes. 55. So viel
 der Himmel höher ist denn die Erde / so sind auch meine Wege höher denn
 ewer Wege / vnd meine Gedancken / denn ewer Gedancken.

Contra caelestes Prophetas, Gerade als wusten wir nicht das die
 Vernunft ist des Teuffels Hure / vnd kan nichts / denn lestern vnd schen-
 den / was Gott redet vnd thut / sie ist eine Erzhure / vnd des Teuffels
 Braut.

Tom. I pag. 47. Bitte vnd vermane Ewer F. G. wolle sich all
 ihr lebtage für keinem ding auff Erden / ja auch für der Helle nicht so
 fast fürchten / als für dem das hie (Luc. I.) die Mutter Gottes nen-
 net / mens cordis sui, das ist der gröste / neheste mechtigste schedlich-
 ste Feindt aller Menschen / zuvor der Oberherren / das heist Vernunft.

C A P V T Q V A R T V M.

*Refutatio argumentorum, quibus Philosophi sententiam
 suam defendunt.*

Primarium in hoc capite eorum fundamentum est, quod Philoso-
 phia sit donum Dei, singulari beneficio mortalibus concessum,
 & huc usq; conservatum sic igitur concludunt.

*Creatura & donum DEI non potest DEO inimicum esse & contra-
 rium.*

*Ratio humana & per hanc exculta Philosophia est creatura & donum DEI
 immortalis.*

Ergo non potest esse Deo inimica & contraria.

Respon-

Responderur ad Assumptionem; Rationem humanam & Philo-
sophiam, qualis nunc post lapsum est, non esse simpliciter creaturam
& donum Dei purum, quemadmodum is rationem creavit, & eius sa-
pientiam mortalibus concessit; sed per peccatum horribiliter cor-
rupta & depravata est, ut ratio non tantum amiserit omnem lucem &
cognitionem Dei spiritualem; sed etiam insuper naturales facultates
intellectus & voluntatis, quas homini Deus indiderat, ut ijs creato-
rem sponte & naturaliter verè & rectè coleret, istæ inquam faculta-
tes mutatae sunt in contrarium, ut homo, qui ante lapsum referebat
imaginem Dei, in mente, voluntate & corde; referat imaginem Dia-
boli, & intellectus, qui ante lapsum plenus erat luce cognitionis Dei,
per eundem sit obscuratus horrendis tenebris, ab alienatus à vita Dei,
propter ignorantiam *Ephes. 4. vers. 18.* Cumq; ante lapsum ratio &
eius sapientia delectaretur sapientiâ divinâ eandem amplectaretur
constanter & approbaret, post lapsum non potest aliter ex se & suis
viribus, quàm divinam sapientiam stulticiam pronunciare *1. Cor. 2.*
Voluntas etiam sic per lapsum corrupta & depravata fuit, ut cum an-
te lapsum plane ea tantum vellet, quæ à lege Dei probarentur, ab ijs
abhorreret, quæ Lex vetaret, post lapsum hostis Dei facta contuma-
citer eidem resistit, est adversus Deum, inimicitia, nec potest Legi
Dei subijci *Rom. 8. vers. 7.* Cor tantum æstuat odio Dei, omnesque
cogitationes sunt tantum ad malum omni tempore *Genes. 8.* Hinc
igitur luce meridiana clarius efficitur, hominis rationem post lapsum
qualis est reliqua, non esse puram creaturam Dei, sed horrendâ & infamâ
& contaminatam & pollutam. Et ex hac corruptione ipsa quoq; sa-
pientia à ratione humana quæ proficiscitur sic corrupta, polluta &
contaminata est, ut in regno Christi captivanda abolenda & infatu-
anda sit, quemadmodum supra plenius hæc explicata sunt.

Etsi verò non negamus, distinguendum esse inter naturam & eius
corruptionem, illamq; conservari à Deo; ipsa tamen corruptio per
distinctionem hanc non ita procul à natura distrahenda est, ut
corruptio quidem peccatum pronuntietur & malum: ipsa verò na-
tura statuatur integra pura & sana: Sed per lapsum anima cum o-
mnibus suis potentijs extreme est depravata & polluta facta hostis
& inimica Dei, quæ spiritualia non potest capere vel intelligere,
indeq;

indeq; fit, ut sapientia à rationis viribus proficiscens tanquam soboles germanæ parentis naturam referat, ideoq; non minus à Deo inimica existit, quam ipsa parens, à qua prognata est, & iudicio Spiritus est abominabilis coram Deo. Discant igitur Philosophi nostri rationem sapientiamq; humanam considerare non tantum ut creaturam Dei, sed etiam ut corruptam creaturam, imagine Diaboli deformatam. Hinc Aug. cont. Julian. lib. 1. cap. 3. Si quærat qualis sit Angelus aut homo malæ voluntatis? rectissime respondetur malus: magis accipiens nomen ex voluntate mala, quam ex natura bona, quoniam natura est ipsa substantia & bonitatis & malitiæ capax.

Et in Enchiridio cap. 13. Unde res mira conficitur, ut quia omnis natura, in quantum natura est, bonum est, nihil aliud dici videatur, cum vitiosa natura mala esse natura dicitur, nisi malum esse, quod bonum est. Scriptum est autem: Væ his qui dicunt bonum malum, vel malum bonum. Et tamen Dominus ait: Malus homo de malo thesauro cordis sui profert malum. Quid autem est malus homo, nisi mala natura: quia natura homo est. Porro si homo aliquid bonum est, quia natura est, quid est malus homo nisi malum bonum? Tamen cum ista duo discernimus, invenimus nec ideo malum quia homo est, nec ideo bonum, quia iniquus est, sed bonum quia homo, malum quia iniquus. Omnis itaq; natura etsi vitiosa est, in quantum natura est, bona est, in quantum vitiosa est, mala est &c.

Et ne sanctæ & tenellæ Philosophorum aures offendantur, quod Philosophiæ, quæ præclarum est donum Dei tam tristia & abominabilia per spiritum S. tribuantur, recognoscant, non leviora de aliis etiam dici, quæ non minus quam Philosophia dona Dei censentur. Quid enim præstantius inter creaturas corporeas ipso homine? & tamen talia in sacris literis ipsi assignantur, ut nihil tristius cogitari diciq; possit. Liberi certè sunt Dei singulare donum, *Psal. 127. vers. 4.* formantur etiam à Deo mirabiliter in utero *Psal. 139. vers. 13.* & tamen in peccatis concepti dicuntur *Psal. 51. vers. 7.* & natura filij iræ *Eph. 2. vers. 3.* filij Diaboli *1. Iohan. 3. vers. 10.* ex patre Diabolo *Iob. 8. vers. 44.* abominabiles & reprobi ad omne opus bonum *Tit. 1. vers. 16.* Dei expertes. *Ephes. 2. vers. 12.* qui à Diabolo captivi tenentur ad præstandam illius voluntatem *2. Tim. 2. vers. 26.*

Consue.

Consuetudo conjugalis instituta est à Deo & mandata etiam post lapsum. *Gen. 9. vers. 1.* crescite & multiplicamini: tamen polluta peccato, ut non nisi in peccatis infans concipiatur *Psal 51. vers. 7.*

Quid de legis divinæ operibus dicemus, an à Deo præcepta sunt? Et tamen Apostolus docet *Gal. 3. vers. 10.* quicumq; ex operibus legis sunt, sub maledictione sunt.

2.

Si Philosophia inter carnis opera numeranda, de quibus Paulus Gal. 5. vers. 19. agit: manifesta sunt opera carnis adulterium, scortatio, impuritas, idolatria, veneficium, ira, contentiones, hereses ebrietates, commestationes, non ferenda esset in Ecclesia & piis scholis.

At consequens absurdum. Ergo & Antecedens.

Responsio. Agimus hoc loco de Philosophia, quid illa, & quantum possit in divinis, & supra ostensum est, quod sapientia humana & Philosophia ad divina & spiritualia se convertens, non possit aliter ex se & sua natura, quam mysteriis & spiritualibus repugnare & illa stultitiam pronuntiare. Hoc ergo quoties Philosophia facit, certè ab operibus carnis excludi non potest, nec debet. Consideretur enim an non gravius peccatum sit hostiliter Deo & eius verbo resistere, veritatem cœlestem stultitiæ condemnare & deridere, quam contentionem iram & similtates cum homine alere, ebrietati & commestationibus studere. Ideoque etiam in scholis nusquam Philosophia est ferenda, quæ ita tractatur, ut vim mysteriis cœlestibus inferat.

Sic autem in Christianorum scholis doceatur Philosophia, ut rebus tantum terrenis & humanis accommodetur, in illis se exerceat, & ex suis naturalibus principiis illustret, & explicet illa, quæ ad vitam hanc terrenam spectant, ad cognitionem rerum Physicarum, Ethicarum, Mathematicarum &c: ita tuebitur rationem & dignitatem suam, ut verè decus generis humani statuatur, si intra limites illos suos sese contineat; illos verò si egrediatur, & ad diviua & spiritualia conversa illa quoque suo iudicio naturali censere & ad illud mysteria exigere tentet, inimica redditur Deo, & abominabilis, cum non possit aliud ex sese, quam spiritualia stultitiam pronuntiare. Exempli causa. Hominem interficere prohibitum est in lege, & nefarium iudicatur, si &

E 3

persona

persona necem perpetrans id non faciat ex mandato Dei, nec is, qui interficitur, necem promeritus sit; Sin autem ex iudicio magistratus iusto, homicida per carnificem e medio tollatur non modo non nefarium, sed & honestum est & laudabile. Sic & Philosophia de divinis sibi iudicium sumens nefarie agit, nec ferenda est; Si vero humana suo iudicio rite tractet, vitiosa non est, sed laude digna.

3.

Quod mundis fieri potest mundum, id per se & sua natura Deo inimicum non est.

Philosophia mundis fieri potest munda, ut fatetur Hoffmannus.

Ergo per se & sua natura Philosophia Deo inimica non est.

Responsio. Negatur assumptio. Non enim hic de Philosophia simpliciter agitur, sed qualis sit se convertens ad divina & spiritualia; hæc mundis non est planè munda & pura. In renatis enim bellum etià exercet perpetuum, Spiritui se opponens; juxta Paulum *Gal. 5. v. 17.* Caro concupiscit adversus Spiritum, Spiritus autem adversus carnem; hæc autem inter se opposita sunt, ut latius proprio exemplo ad *Rom. 7.* declarat. Naturam igitur hanc Philosophia seu sapientia humana penitus non deponit aut exuit etiam in conversis & mundis: Sed quandiu hanc vitam vivimus, continua nobis adversus carnalem sapientiam, rationisque iudicium pugna est, & lucta: indeque etiam veteris & novi hominis carnis & Spiritus distinctio in renatis datur: quorum hic vi & gratia Spiritus Sancti sibi quidem subijcit veterem hominem, & carnem vincit, non ut planè tollatur ab homine, naturam exuat perversam & ei non amplius molestus & rebellis sit, sed ne vetus homo & caro suas cupiditates pro libidine exerceat & regnet in corpore morti obnoxio, in quo Spiritus Sanctus habitat *Rom. 7. vers. 12.* neque constituitur prius firma pax, quam caro e mortuis ad vitam novam & cœlestem excitata animæ glorificatæ consocietur. Deinde etiam sic pii per Spiritum vincunt & superant carnem, ne ipsis infirmitates pro capitali noxa imputentur *Rom. 8. vers. 1.* nulla condemnatio est his, qui sunt in Christo Iesu. Lex enim Spiritus vitæ per Christum Iesum liberos nos reddit à jure peccati & mortis, *vers. 13.* Si Spiritu actionis carnis mortificaveritis, vivetis, & *vers. 26.* Spiritus unà sublevat

subleuat infirmitates nostras, & interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

Neque probabunt Philosophi Hoffmannum asserere aliam quamdam carnis puritatem: Hoc enim docet: Philosophiam quandiu in suo occupata subjecto, terrena & quæ hujus mundi sunt, & externam vitam concernunt, rite tractat, piis & puris puram reddi, in impuris autem & infidelibus aliis, hic etiam usus est impurus, DEO displicet. Quicquid enim non fit ex fide, peccatum est, *Rom 14. vers. 23.* & impossibile est sine fide Deo placere *Heb. 11. vers. 6.* pollutis & infidelibus nihil est purum, sed polluta est eorum mens & conscientia & ad omne opus bonum sunt reprobi *Tit. 1. vers. 15.* Quemadmodum etiam præstantissimæ virtutes heroum, velut Aristidis justitia, Scipionis castitas peccata coram DEO censentur, nec ipsi placent, cum persona Deo reconciliata non sit. Non tamen ejus generis sunt, qualia adulterium, scortatio, &c.

Distinguendum namque & hic est. Quædam enim non sunt vitiosa suo genere, sed bona bonitate quadam naturali, & cum judicio rationis congruente. Hujus generis sunt virtutes & impetus Heroici Ethnicorum, & Philosophia, quando sua, ut Hoffmannus loquitur, rite tractat, & in proprio subjecto, quod est res terrena & mundana, occupata est, nec minus est generis humani decus, quam cæteræ virtutes præclarissimæ.

Quædam verò sunt suo genere penitus vitiosæ, & malæ velut scortatio, adulterium, idolatria, blasphemia, hæresis & Philosophia quando spiritualia suo judicio dijudicat, & congenita sua perversitate, ad normam rationis conformare studet. Non enim levius delictum est, corrumpere sinceritatem veritatis cælestis & verbi Dei, quam pudicitiam mulieris attentare.

Sic igitur Hoffmannus statuit Philosophiam non simpliciter puram fieri puris, sed illam tantum, quæ sua rite tractat, propter personam quæ per fidem in Christum est Deo reconciliata: *φρονήματος* verò carnalis inimicitiam virtute Spiritus in renatis reprimi, & quæ reliquæ sunt carnis infirmitates regi & remitti per Christum fide apprehensum *Rom. 8. vers. 1.*

Quæ

Quæ in proprio subjecto versatur scientia, ea non potest contradicere Theologia

Philosophica scientia versatur in explicando subjecto proprio.

Ergo non potest Theologia contradicere. Sed si quid huiusmodi fiat, imperitorum Theologorum culpa fit; quis iussit ut Theologi terminis Philosophicis uterentur.

Responsio. Cum hi Philosophi sibi soli omnem scientiam Philosophicam arrogent, Theologis vix umbram concedant, adeo ut indignius ferant eorum terminos ab iis usurpari, dicant nobis: Quis eos iusserit, ut divinis mysteriis huiusmodi ineptis rationibus vim intrent?

Suprà ex verbo Dei solidè demonstratum fuit, sapientiam excellentissimam humanam, non posse aliter, quam divina stultitiam pronuntiare & iis resistere *Rom. 8. vers. 7. & 1. Cor. 2. vers. 13. & 3. vers. 19.* Hi contra Spiritum Sanctum, Philosophiam Theologiae contradicere non posse statuunt. Quo vero fundamento? Quia versatur Philosophia in proprio subjecto. Frustra igitur monuit Apostolus, *Col. 2. vers. 8.* Videte, ne quis sit, qui vos deprædetur per Philosophiam; Secundum magistros nostros enim Philosophia non potest contradicere Theologiae, & impossibile est Philosophiam errores in Theologia parere.

Falsissimè etiam Apostolus dixit sapientiam vel intelligentiam carnis, id est, hominum sapientissimorum esse inimicitiam adversus Deum. Versatur enim Philosophia in proprio subjecto. Falsa non minus & illa erunt, sermonem de cruce stultitiam esse illis, qui pereunt, & animale hominem spiritualia stultitiam judicare; Secundum nostros enim non potest Theologiae Philosophia contradicere. Falso etiam Apostolus dixit λογισμῶν ratiocinationes se extollere adversus cognitionem Dei, & ineptus erit, qui rationes evertendas & omnem cogitationem captivandam docuit, cum Philosophia non possit Theologiae contradicere.

Pedem igitur hic figant Philosophi, & contra hæc fundamenta suam thesin nobis alia confirmant probatione veriore, quam hac inepta ratione: Quod habeat proprium subjectum circa quod occupetur.

tur.

tur. Non enim continet se illo subjecto & terminis suis, sed quo magis est exulta sapientia, tanto magis insurgit adversus spiritualia, nec potest se suo subjecto, quod sunt res humanæ & carnales continere; cuius testimonium Paulus *Rom. 7.* de se renato luculentum præbuit.

Falsa igitur est Syllogismi propositio. Et provocamus ad totius mundi sapientiam, quæ nunquam non abominandas de Deo & cultu ipsius opiniones confinxit.

Hinc corpus Iulium de formulis cautè loquendi: Das auch in den bekerten/ die Sapiencia carnis, alle höchste Vernunft/eine stete Feindschaft sey wieder Gott/*Rom. 7.* Ergo non continet se in suo subjecto.

Lutherus super Evangelium in der hohen Christmesse: Die Vernunft mus Abgötter machen vnd kan nichts anders thun. Et loco supra allegato. Die Vernunft kan nichts anders denn lestern vnd schmehen was Gottes Wort redet. Non igitur in suo se subjecto continet.



P A R S S E C V N D A.

D E V S V E T A B V S V P H I L O. S O P H I Æ.

Declaratum est prima parte Philosophiam seu sapientiam humanam ita per peccatum vnâ cum ratione corruptam & contaminatam esse, vt ad res conversa diuinas non possit aliter, quam illa oppugnare, stultitiam pronuntiare & inimicitiam perpetuam adversus eadem exercere, refutata etiam, quæ contra hanc sententiam adducuntur.

Quæritur igitur nunc ulterius ista Philosophiæ circa res diuinas & spirituales actio, qua appellatione notanda sit; an recte eam usum veræ Philosophiæ dicas; an verò rectius abusum voces? Et hæc quæstio secunda hac parte explicabitur, & veritate demonstratâ contrariis respondebitur.

F

CAPVT

CAPVT PRIMVM.

*Quæ sententia sit D. Hoffmanni, & Philosophorum de
abusu Philosophiæ.*

D. Hoffmannus de actione illa Philosophiæ, circa res divinas spirituales agens, communem loquendi rationem secutus eam abusum in initio appellavit thesi 26. disput. de Deo: Abusu Philosophiæ, inquiens, Pontificij omnem veritatem doctrinæ de Deo corrumpunt. Philosophi vero contra dictam Disputationem atrocius insurgentes, magnam labem suæ Philosophiæ aspersam criminabantur, quod in præfatione D. Hoffmannus dixerat, post Satanam seviorem hostem nanquam fuisse ratione & sapientiâ carnis in doctrina fidei, *dominatum affectante*: adeo ut quo magis exulta sit, ratio humana Philosophicis studiis, tanto prodeat armatior: & quo *Seipsam Ratio amat impensius*, eo Theologiam invadat audacius & errores pingat speciosius. Unde Paulus ad *Colos. 2.* Philosophiam deprædantem discipulos Apostolorum agnovit. Et ad *Gal. 5.* inter carnis opera rejecit hæreses, quod primitiva Ecclesia per experientiam edocta sic explicavit, Philosophos esse Patriarchas hæreticorum.

Hæc enim & similia nulla ratione veræ Philosophiæ imputari posse Philosophi clamabant, & ex adverso statuebant, Philosophiam nunquam peperisse, nec parere, nec parituram, errores in Theologia: Sed venerari sequi & adorare Theologiam, ut obsequentissima ancilla eademq; ab hærescon millibus repurgare potius, quam ijs conspurcare, adeo ut nulla ne umbra enuntiationis Philosophicæ Theologiæ repugnet.

Si quid autem erroris & repugnantia ex Philosophia prodierit, totum illud non Philosophiæ, quæ sacra pura & illibata est ab hac culpa, sed imperitorum Philosophorum, & indoctorum Theologorum vitio factum esse, qui Philosophia abusi fuerunt, non secus atq; artis culpa non fit, si artifex delinquat, quod non faceret, si artis ductum constanter sequeretur. Atq; eodem modo humanæ rationis sapientiam non inferre errores in Theologiam: Sed nulla re melius eam ab errore vindicari, quam rationis sapientiæq; humanæ ductu & iudicio.

Hanc

Hanc Philosophorum sententiam ut nervosius oppugnaret, suam clarius explicaret Hoffmannus, non ex abusu solo ista Philosophiæ & sapientiæ tribuenda docuit; sed etiam ipso vero veriore verissimo usu, cum non possit aliud sapientia humana ex se & viribus suis agere, quam errores contra veritatem cœlestem comminisci & stultitiæ illam insimulare.

Hic autem Philosophi clamant, cœlum terramq; turbare Hoffmannum, summamq; labem vniuerso Philosophiæ studio aspergere, ut si hoc verum sit, Philosophi in maximam malam crucem sint tollend.

Priusquam autem fundamenta sententiæ Hoffmannianæ explicentur, monendus erit Lector, de voce cum nemine contendendum, si rem sententiamq; veram & orthodoxam profiteatur, velut si quis repugnantem illam rationis in spiritualibus actionem Abusus nomine vocet: aliam autem actionem & usum rationis humanæ sapientiæq; carnalis, qualem ex se & suis naturalibus non substituat, viribus quæ amica sit mysteriis, nec illis repugnet, eius sententiam omnino ferendam putamus.

Vel si quis ista statuatur, Christianos omnem cogitationem & sic Philosophiam in obsequium Christi captivare debere, nec committere, ut ad rationis & sapientiæ humanæ iudicium spiritualia æstimentur, censeantur & conformentur. Contra vero si fiat, id abusu Philosophiæ fieri, quæ non repugnare, sed humiliter inservire Theologiæ debeat: quemadmodum Augustinus de doctrina christiana lib. i. usum rei illicitum Abusum nominat, neq; huic litem intendemus. Ideoq; etiam ab aliis, à quibus vera sententia defenditur, abusus appellatio retinetur.

Quod autem Hoffmannus veri usus appellationem iuravit & retinendam in hac disputatione adhuc statuit, id vicissim non amplificandæ sed contrahendæ litis causa fieri æquus censor iudicabit; nec in ipso vituperabit, quod in omnibus orthodoxis pia antiquitas commendavit, ut exortis controversijs circumspectius causa asserendæ veritatis & constringendi adversarios loquerentur, qui antea securius & minus propriè locuti fuerant, quemadmodum omnium controversiarum historia confirmant.

CAPVT SECVNDVM.

*Quid verus alicuius rei usus proprie dicatur, & quæ
hoc loco questio.*

DE usu hoc loco cum agitur, is rei usus proprius & verus appellatur, quem res ex se & suis congenitis viribus producere potest, velut vini usus proprius & naturalis est ventriculum calefacere, aliarum herbarum usus alius proprius est verus, ex forma congenita promanans. Similiter artium usus est in ea actione, quam suis præceptis præstare quævis potest, velut Grammaticæ usus proprius verus & verissimus est in bene loquendo, huc enim omnia Grammaticæ præcepta collineant & tendunt, adeo ut si ductum præceptorum sequaris, aliter fieri non possit, quam ut bene loquaris. Sin autem ex se & natura sua aliter agere posset & barbarè vel malè loquendi rationem etiam commonstraret, dicendum, usum Grammaticæ partim in bene partim in malè loquendo consistere. Quod cum non præstet suis præceptis merito dicimus actionem usumq; Grammaticæ proprium & verissimum, qui non ex accidente vel extrinsecus accedit, sed propriis Grammaticæ viribus acquiritur esse in bene loquendo.

Sic Rhetoricæ, Logicæ, Arithmeticæ, Geometriæ usus verus verior verissimus est in bene dicendo, differendo, numerando & metiendo, quia secundum præcepta & facultatem istarum artium nulla est alia verior magisq; propria actio.

Contra vero abusus istarum artium est, in ea actione; quæ aliunde, quam ex vero ductu præceptorum artium istarum promanat, quando videlicet artifex non secundum præscriptum præceptorum artis actionem instituit, sed ab illis deflectens actionem præceptis minimè congruentem producit. Sic abusus est Grammaticæ, si quis barbarè loquatur, Arithmeticæ abusus, si artifex non numeret, &c.

Obseruetur igitur quando loquimur de usu & propria actione, seu usu veriore verissimo rationis humanæ & Philosophiæ in spiritualibus, de tali actione quæstionè moveri, qualè ratio humana & Philosophia ad res spirituales conuersa, ex se & suis viribus facultate & principiis nati-

piis naturalibus per lapsum reliquis, producere potest. Nec quaeritur qualis hominum ratio & sapientia ratione creationis primæ esse debebat, & quid ab ea jure lex divina requiret. Sed simpliciter de eo quaestio est, quid ratio sapientiaque humana seu Philosophia qualis nunc est in corruptionis statu, præstare valeat in divinis. Huc ergo probatio dirigatur.

CAPVT TERTIVM.

Concluditur contra Philosophos usum rerum veriozem & verissimum esse rationis humanae & Philosophiae, ex se & suis naturalibus viribus in spiritualibus eadem oppugnare & stultitiae arguere.

Actio rationis humanae & Philosophiae seu sapientiae carnalis & hujus seculi propria qualem ex se & suis naturalibus viribus in hoc corruptionis statu ad res spirituales conversa, producere potest, est verus verior & verissimus eius usus.

Divinam sapientiam & res mysticas sacras & spirituales percipere non posse, sed irridere, stultitiam pronunciare, oppugnare hostiliter insectari, est Rationis humanae & Philosophiae, seu sapientiae carnalis & hujus seculi, qualem ex se & suis naturalibus viribus in hoc corruptionis statu, ad res spirituales conversa producere potest, propria, adeo ut aliam ex se edere nequeat.

Ergo Divinam sapientiam & res spirituales, sacras, mysticas percipere non posse; sed irridere, stultitiam pronuntiare, oppugnare, hostiliter, insectari eas &c: est usus Rationis humanae seu Philosophiae & sapientiae carnalis & hujus seculi verus verior verissimus.

Propositionem qui negare velit, doceat verum alicujus rei usum, alium esse ab eo, qui actione propria & naturali rei istius producitur: Non autem hic disputamus, qualis ista actio ex præscripto divinae legis judicetur: Sed simpliciter qualis in præsentis corruptionis statu sit, & esse possit ex sese attendimus.

Probationem partium singularem Assumptionis supervacaneum esset hic repetere, cum supra cap. 2. & 3. primæ partis fundamenta ex

S. Scriptura satis perspicua & solida proponantur, ad quorum examen Dominos Philosophos invitamus: Cumq; Cornelio palmam in hoc certamine cæteri tribuant, & D. Caselius in oratione sua de bono Academiae publice prædicare non vereatur per Logicam Cornelii, (intellige e Zabarella tenebris compilatam) novam lucem Academiae Iuliae exortam fuisse (ac si ante Academia, tot professoribus in singulis facultatibus celeberrimis, optime constituta fuisset populus sedens in tenebris & umbra mortis) rogamus ut illud Iuliae lumen hic omnem splendorem suum ad dispellendum has tenebras excutiat, & cum Studiosus Theologiae aliquando haberi voluerit, nunc trium dierum factus medicus, huc veteris studii thesauros conducat omnes, & fundamenta hæc solida potius ratione convellere studeat, quam maledicentiâ, qua hætenus se Apostatam, hoc est ordinis sui persecutorem, cæteris immaniolem ostendit.

2.

Divinam sapientiam & res spirituales sacras mysticas irridere, stultitiam pronuntiare, hostiliter insectari est abominabile & damnandum.

Ufus rationis humanæ & Philosophiæ verus verior verissimus, qualem ex naturalibus viribus, in hoc corruptionis statu pro ducere potest in spiritualibus, sacris, mysticis, est divinam sapientiam & res spirituales irridere, stultitiam pronuntiare & hostiliter insectari.

Ergo usus rationis humanæ & Philosophiæ in spiritualibus sacris mysticis, qualem ex se suisque viribus pro ducere potest, est abominabilis Deo & damnandus.

3.

Contra Philosophorum vero abusum concluditur ita:

Abusus Rationis & Philosophiæ seu sapientiæ carnalis aliunde, quam ex actione viribusque eius naturalibus & propriis proficiscitur.

Divinam sapientiam & res spirituales mysticas irridere, stultitiam pronuntiare, hostiliter insectari, non aliunde quam ex actione viribusque propriis Rationis & Philosophiæ seu sapientiæ carnalis, (qualis est in hoc corruptionis statu) proficiscitur.

Ergo divinam sapientiam & res spirituales sacras mysticas irridere, stultitiam pronuntiare & hostiliter insectari, non est rationis humanæ & Philosophiæ seu sapientiæ carnalis abusus.

Fundamenta

Fundamenta & nervi probationum in parte priori explicata sunt. Aequus censor hinc iudicium faciat, num sine verbo Dei, vel contra illud quicquam statuatur, labelsque Philosophiæ intollerabilis aspergatur, quando rationem humanam esse capitalem mysteriorum sacrorum hostem, & secundum verum veriore verissimum usum eam deprædatricem agere, cum Apolog: Augustan: Confessionis docetur: cuius verba sunt: Das wir nach dem allerbesten höchsten Kreisten der Vernunft (quid hoc aliud, quam secundum verissimum usum rationis) dennoch fleischlich wieder Gott gesinnet sind.

Cum corpore Iulio, de Form: caute loquendi: Das noch in den bekehrten die Sapientia carnis alle höchste Vernunft eine stete Feindschafft sey wieder Gott.

Cum Luthero dann die Vernunft kan nicht anders denn lehren und schenden was Gott redet und thut.

Et in disput: Ann: 35. *Scriptura causam peccati nos docens testatur nihil boni esse in natura hominis, & id, quod bonum est esse tamen in malo usu,*

Cum Chemnitio in parte prima examinis Concilii Tridenti: Paulus docet omnem intellectum captivandum in obsequium Christi 2. Cor. 10. quia φρόνημα σαρκός est inimicitia adversus Deum Rom. 8. & ideo Coloss. 2. vocat συλαγωγία, quando etiam vera Philosophia extra suos Terminos possessionem doctrinæ Ecclesiæ invadit: & de veris Philosophis dicit, Tertullianus Philosophos esse Patriarchas hæreticorum, qui Ecclesiæ puritatem doctrina sua commacularunt.

Cum D. Georgio Mylio, qui rogatus de hac controversia sic scribit: *Si ratio humana & Philosophia de divinis rebus iudicat, etiamsi id secundum sua principia fiat maximè, & sic legitimus ejus usus constet: tamen in usu hoc ipso abusus fædus committitur. Quam meam esse sententiam autographo hoc meo testari non sum veritus.*

Cum Doct: Oleario. *Cum captivum ducendum sit omne noëma in obedientiam fidei, profecto ipso usu quoque, non autem solo abusu Ratio & Philosophia non ut amicam pedisse quam, sed ut infestam, adversariam fidei & Theologia. teste Apostolo, se præbet. Itaq; cum D. Augustino de Nat: & Grat: cap: 53. rectiss. dicimus: Quid tantum de naturæ possibilitate præsumitur? vulnerata, sauciata, vexata, perdita est; vera confessione & sanatione, non falsa defensione opus habet. Item sub laude naturæ latent inimici Gratia.*

Lumen

Lumen illud Caselianum hic denuo appellamus, ut ostendat Theologis rudioribus & indoctis, quomodo Ratio humana & Philosophia secundum suas vires naturales & principia aliâs in humanis rebus laudata possit res spirituales percipere, dijudicare, amicè cum iis consentire, venerari & adorare, eademq; cum Spiritu S. docere, ita ut ne umbra quidè enuntiationis Philosophicæ à rebus Spiritualib. dissentiat: ignoscat autem quod probationem ex verbo Dei perspicuo requiramus: rudiores enim & indocti tui Theologi non intelligunt vestros sublimes terminos Metaphysicos. Nec indignius ferat *Casellius*, quod ipsum tanquam senem prætereamus. Recordamur enim, quod ipse in oratione de bono Acad: scribit, Se omni studio controversias Theologicas fugere, & de tot controversiarum plaustris à duodequadraginta annis vix pauculas pagellas delibasse. (potest credi hoc line juramenti confirmatione etiam illud si addidisset, se omnem religionem susque deque habere) propterea quod noverit quanto cum *Periculo & nullo Ecclesie bono fiat.* Et sanè præstitisset hos profanos Theologiæ & linguæ Spiritus S. reformatores abstinuisse ab hoc certamine, quemadmodum veteres huc scite transtulerunt illud *Exod. 20. vers. 13.* Bestia si tetigerit montem morietur; & in ipso Caselio, cuiusque sectatoribus vivum datur exemplum ejus, quod veteres dixerunt: *Qui vitam omnem in Ethnicis scriptis consumunt, gentiles evadunt, nec ferunt se postea verbo Dei corrigi.*

August: Epist: 142. *Qui in talibus (Platonice & Aristotelice) dies suos consumunt peccatum sibi generant & mortem.*

CAPVT QVARTVM.

Refutatio argumentorum, quibus Philosophi hanc partem impugnant.

1.

Quicquid ex suis principiis in Theologia usum aliquem laudabilem præstat, ejus verus usus spiritualibus mysteriis non repugnat.

Ratio humana & Philosophia præstat in Theologia ex suis principiis usum aliquem laudabilem. Probatur. Beneficio enim artium contextuntur in Theologia definitiones, distributiones, syllogismi, sermo, & tropi explicantur &c.

Ergo

Ergo Rationis & Philosophiæ usus verus, spiritualibus mysteriis non repugnat.

Responsio. Primò negando propositionem; utrumque enim constare potest. Quod Ratio & Philosophia in Theologia & ministerio externo laudabilem aliquam operam præstet, & tamen viribus naturalibus, mysteriis sacris repugnet. Deinde etiam ad Assumptionem, Definitiones, Distributiones, syllogismos contexere, sermonem, tropos explicare nondum complectitur spiritualem illam mysteriorum sacrorum rationem, de qua hic quæritur. Quilibet enim doctus extra Christum talia colligere potest, etiam si spiritualem & veram spiritualium rerum intelligentiam non habeat. In ministerio igitur externo hunc Philosophiæ usum non improbamus: Sed ut in cæteris rebus externis & humanis, eum commendamus. Si igitur nihil Philosophia aliud agat, quam ejusmodi præstet, in ministerio externo ferri & tolerari eatenus potest & debet; quemadmodum enim sermone carere non possumus, sed illo divina, spiritualia, mysteria explicamus, & nomina etiam à creaturis desumpta, ad declarationem essentiæ divinæ immensæ & imperscrutabilis: ita & cæterarum artium præceptis & regulis utimur in externo ministerio commodè ad declarationem spiritualium: ita tamen, ut veritas mysteriorum ad mensuram harum regularum non conformetur: Sed ubi mysteria diversam rationem monstrant, eadem ex regulis artium non impugnantur & evertatur. Hæc igitur etsi concedimus artium beneficio fieri, inde tamen nondum probabitur usum Rationis & Philosophiæ verum non repugnare spiritualibus. Licet enim ex artibus, sermonem probe quis explicarit, omnia accurate disposuerit, syllogismos ex propositis confecerit & ceteris tamen omnibus, nondum tollitur repugnantia & inimicitia rationis & sapientiæ humanæ cum spiritualibus. Sed quo hæc singula, Ratio diligentius ad normam judicii & regularum suarum excusserit, eo magis deridet & oppugnat veritatem mysteriorum. Non enim potest spiritualia percipere *1. Cor. 2. vers. 14.* nec idonei sumus ex nobis (hoc est ex omnibus viribus intellectus & rationis nostræ) aliquid λογισάμεθα, id est, ratiocinari tanquam ex nobis *2. Cor. 3. vers. 5.* Sed manet illud quod Paulus *Rom. 8. vers. 7.* inquit τὸ φρόνημα τῆς σαρκός, sub quo etiam sapientiam artium complectitur, esse inimicitiam adversus Deum.

G

Incumbit

Incumbit igitur nostris Philosophis, ut probent, vel scintillulam lucis & intelligentiæ spiritualis, conferri per Philosophiam & sapientiam artium. Hæc ut illustriora sint, & intelligatur, quatenus usus artium in Theologia admittatur, declarentur exemplo.

Propositio hæc: hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur, mysticam continet & spirituales veritates. Ad hujus explicationem Grammatica suum officium confert, & beneficio suorum præceptorum, Regularumque, Etymologiæ & Syntaxis, explicat vocum adsignificationes, in numero casu, structura, &c.

Rhetorica similiter quod moneat habet, verba scilicet ea, cum pars præcipua sint, institutionis cœnæ Dominicæ, affectu peculiari pronuncianda esse. Logica vero quid antecedens seu subjectum, quid consequens seu prædicatum monstrat totum item contextum verborum institutionis resolvit, & quid de quo dicatur investigat. Quæ singula, licet spernenda non sint, sed probentur & commodentur, ut decus generis humani, nondum tamen spirituales illam mysterii rationem attingunt.

Sin autem Logica hinc ulterius procedat, & mysticam hujus propositionis veritatem, ad Regulas suas, exigat, subjecti vel antecedentis & prædicati vel consequentis *naturam* expendendo, quid aliud, ex principiis & Regulis suis, pronuntiare potest, quam propositionem illam, propria vocum significatione retenta, falsam & absurdam esse, cum falsa sit enuntiatio si Disparatum de Disparato affirmativè prædicetur. Ideoque ad evitandum absurdum, cum Calvinianis, vocum per tropos modificationem introducet, vel cū Papistis transsubstantiationem comminiscetur, quemadmodum experientia nimis, pro dolor, sonora voce testatur.

Sic igitur laudatur Philosophiæ usus in Theologia, si externa tantum prosequatur, à mysteriis sibi temperet, ad Regulas suas ea non conformet, nec mysteriorum veritatem violet. Et hinc est quod Hoffmannus *Philosophiam decus humani generis prædicat si sua ritè tractet, & in omnibus se obsequentem ancillam, & mancipium ab hostibus traductum exhibet.* Quemadmodum Hieronymus in Epistola ad Mag: orat: Romanum, rogatus cur secularium literarum uteretur exemplis, & candorem Ecclesiæ Ethnicorum sordibus pollueret? pulchre illud *Deut. 21. ver. 10* de captis in bello mulieribus, ad propositum suum accommodat.

modat. *Præcipitur, inquit, mulieris captivæ radendum caput, supercilia, omnes pilos & unguis corporis amputandos, & sic eam habendam in conjugio. Quid ergo mirum, si & ego sapientiam secularem propter eloquii venustatem & membrorum pulchritudinem, de ancilla atq; captiva Israelitiden facere cupio? & si quid in ea mortuum est, idololatriæ, voluptatis, erroris, libidinum præcido vel rado. Talem igitur ancillam se Philosophia præbeat, quæ captivam se ab hostibus & mancipium agnoscat, radat capillos, & præcidat unguis deprædantes divina, ut Hieronymus id interpretatur, exuat vestem captivitatis, non recedat à domo captivantis &c: Ad connubium autem admissa, sub vera conjuge tanquam domina se humiliet. Filius ejus à filio liberæ distinguatur, nec sit ad libertatem, sed ad servitutem natus: Solius autem domine filius sit heres promissionis Gal. 4. vers. 22. 23. Cum filius ancillæ incipit filio liberæ illudere, hoc est persequi ut Augustinus id exponit Tracta: in Iohan. 11. & 12. ei jciatur foras ut autem hoc grave fuit Abrahæ, ita quoque nobis perdifficile evenit, à rationis placitis discedere. Sed prævalere debet verbum Domini, & faciendū quod domina Sara præcipit. Idem Hierony: ait Tomo 4. Primogenita Egyptiorum occisa dogmata designare Theosophorum, quibus decepti homines & irretiti tenebantur.*

2.

Quod Theologiam ab hæresibus liberat & vindicat, id hæreses in eam non introducit.

Philosophia liberat & vindicat Theologiam ab hæresibus: adeo ut Theologo sit impossibile ad syllogismos vitiosos respondere, nisi Logicæ beneficio id faciat.

Ergo Philosophia hæreses non introducit in Theologiam.

Responsio: Negando assumptionem, hanc enim alio fundamento fulciat oportet cornelius, si indoctis Theologis eam persuadere voluerit. Cornelium igitur non medicum, sed Theologum compellamus, ut aliquid, ex reliquiis studii sui Theologici, huc conferat, ad fidem simplicioribus faciendam.

Ratio enim, quam adfert, ea nimis jejuna, puerilis & inepta est. Alter nos Paulus docuit, non Logicis regulis, aut armis carnalibus, sed iis, quæ divinitus valida sunt, subverti omnem muniti-

G 2 ratio-

ratiocinationem omnemq; sublimitatem, quæ extollitur adversus cognitionem Dei 2. Cor. 10. vers. 4.

Pro nostra simplicitate sub ratiocinationibus & sublimitatibus sese extollentibus adversus cognitionem Dei, comprehendimus etiam syllogismos formâ vitiosos, oppositos cœlesti veritati, & cum Paulo credimus, etiam illos everti armis divinitus validis, cum omnem sublimitatem, extollentem sese adversus cognitionem, illis armis everti doceat & *ᾠαὶν ὑμῶν* in obsequium Christi captivari. Paulus, Petrus, cæteri; Apostoli tot regiones & urbes converterunt, nec in refutandis adversarijs, istas Regulas adhibuerunt.

Miserum far è & infelix tuum Theologiæ studium & perditos deplorandosq; labores Corneli fuisse oportet, qui nondum didiceris, syllogismum forma vitiosum, sine Regula Logica refutari ex verbo Dei posse. Sed consideremus syllogismum tuum.

Pater est Deus.

Filius est Deus.

Ergo Filius est Pater.

Hunc tu sine Dialectica refutari non posse tam audacter conrendis? vel in puero periculum faciamus. Heus puer in catecheticis enutrite dic sodes quid de enunciationibus huius syllogismi tibi videtur? prima estne vera? Est. Quid secunda? similiter fidei consensu. Quid de tertia statuis? Falsa, impia & blasphema est. Hoc quomodo evinces? Pater enim est prima persona, quæ genuit filium. Filius est secunda persona à patre ab æterno genita. Et in symbolo Athan: Ecclesia canit, *non confundentes personas, nec substantias separantes. Alia enim persona patris, alia filii, alia Spiritus Sancti.*

Quid habes Corneli acutissime & Logicorum illuminatissime, quod contra hanc responsionem proferas? utri plus tribueres, si quis falsitatem ex verbo Dei & symbolis Ecclesiæ demonstraret? an vero si id per regulam Logicam faceret? Simpliciores, qui hanc novam tuam lucem non comprehendunt, statuent procul dubio præferenda dictata Spiritus Sancti & Ecclesiæ Regulis tuis Logicis.

Graviter Luth: in disp: An: 39. *Vbi impingit vel forma syllogistica*
vel

vel ratio Philosophica; dicendum est ei illud Pauli: Mulier in Ecclesia taceat & Hunc audite. &c.

Et: Eundem est ad aliam Dialecticam & Philosophiam, in articulis fidei, que vocatur verbum Dei & fides.

Neq; tamen propterea negamus in ministerio externo Logicam adhibendam. Supra enim id demonstratum est. Agnoscimus etiam adversarium ex communibus principiis recte confundi posse: confidentiam tamen tuam nimis insolentem judicamus, qui sine Regulis Logicis id fieri posse pernegas.

Audi Ambrosium de fide ad Gratianum: Non creditur Philosophis, creditur piscatoribus, non creditur Dialecticis, creditur Publicanis.

Idem de incar. verb. Hæc est Dialecticorum gratia, si videatur verbis expugnare, & refellere veritatem. Contra: definitio fidei est, ut veritas, non verba pendantur, deniq; verba Philosophorum excludit simplex veritas piscatorum.

Et Hieronymum cont. Pelag. Hæc tortuosa argumentatio est, an Ecclesiasticam simplicitatem inter Philosophorum spineta concludemus? Quid Aristoteli & Paulo, quid Platoni & Petro?

Et contra Elvidium. Non Dialecticorum tendiculas, nec Aristotelis spineta conquirimus, ipsa scripturarum verba ponenda sunt.

Et Erasmus in scholiis Epistolæ Hieronymi ad Cresiphon. Hieronymus ex Tertull. allegans dictum, Philosophos esse Patriarchas hæreticorum, significat omnes hæreses e Philosophorum literis esse natas, & puritatem sapientiæ Christianæ, doctrinam illorum non adiuvari, sed conspurcari. At cur non in jus vocarunt Hieronymum isti Theologi, (& Philosophi Caseliani) qui nihil putant intelligi, in divinis literis, nisi bonam vitæ partem, in Aristotele contriveris; impudentissimum esse concionari apud populum de Christo, nisi Aristotelis Physicam & Metaphysicam ad amullim calleas, indocta putant omnia nisi centies inculcaris Philosophica. Actum putant de christiana Religione, si quis Aristotelis decreta rejecerit, & vnde Hieronymus omnes hæreses exortas putat, sine his, non existimant hæreticos posse refelli. Neq; vero hæc dixerim, quod Aristotelicæ Philosophiæ studium improbem, sed quod nolim, in prophana gentilium doctrina, sacre Christi doctrinæ præsidium constitui.

Ecce corneli quanto sanior sit Erasmus teipso, & cum hunc Pelagianæ hæresis, reum Ecclesia fecerit, quid de te futurum censes, si

Sic Cornelius censet Anabaptistas non converti quod Aristotelis Philosophiam ignorent,

perrexeris ut cœpisti? Repete etiam historiam converſi. iſtius Philoſophi ſupra ex Ruffino adductam.

Adde Lactantij illud lib. 2. inſtitut. *Dialecticam divina eruditio non deſiderat, quia non in lingua, ſed in corde ſapientia eſt.*

Et Hadria. Tituli S. Chriſtogo. cardina. in Epiſtola ad regem Angliæ. *Admodum animo commovebar, pleroſq; obſtinatè negare, ſine Ariſtotelis doctrina quod eam vel ſolam Philoſophiam dicerent, ſacram ſcripturam intelligi non poſſe, eruditiffimos quoſq; Theologos, qui Ariſtoteli & humanis rationibus addiſti non fuerint, ſacras literas ignorare, videremq; ſcholas, ac religioſorum conventus omnes, non tam Sacræ ſcripturæ, quam humanæ Philoſophiæ ſtudio reſonare, perquirere cœpi & ſcrutari quatuor Doctores Eccleſiæ, clariffima fidei noſtræ lumina, quibus ipſi, aut ſalva fide non credere. aut ſine ſuo periculo detrabere non auderent. ex quorum libris ea colligi, quæ ad eorum comprimendam opinionem, viſa ſunt pertinere.*

F. Laurentius à Villa Vincentio, Auguſtinus Eremita lib. 3. de ratione ſtudij Theologici f. 395. *Permiſceri vero confuſa ne è Theologicæ Philoſophiæ & Chriſto copulari Ariſtotelem (quomodo conſueverunt alicubi pro Theologicis obtrudere trita quedam ex Ariſtotele μετὰ τὰ θεολογικά) non magis eſt ferendum, quam pulchrè ſciteq; pictam tabulam luto obducto ſcurra aliquis conſpurcet. Quæ enim ſocietas Chriſto cum Belial? intra terminos noſtros inquit Niſianzenus, Philoſophemur, nec efferamur in Ægyptum, nec in peregrinam Aſſyriorum luxum dilabamur, neq; cantemus canticum Domini in terra aliena.*

Luth. in Diſput. Anno 17. *Nulla forma Syllogiſtica tenet in terminis divinis. Si forma Syllogiſtica, tenet in divinis, articulus Trinitatis erit ſcitus non creditur.*

3.

Putidum contra univerſam Eccleſiam ſomnium probandum non eſt.

Diſti ad colof. 2. verſ. 8. Videte ne quis vos deprædetur per Philoſophiam, &c. explicatio Hoffmanniana quod de vera Philoſophia ſit accipiendum eſt putidum contra univerſam Eccleſiam ſomnium.

Ergo probanda non eſt.

Reſpon. *Aſſumptionem negando & probationem ulteriorem exigendo. Nos tamen interim contrarium eſſe verum demonſtrabimus.*

Philo.

Philosophiam Philosophi definiunt, quod sit doctrina quæ doceat considerare ea, quæ Deus in hoc mundo consideranda proposuit, & mores ad honestatem informare.

Quæritur igitur nunc an illa rerum in hoc mundo contentarum consideratio, & morum informatio Philosophica, deprædationis ream peragatur à Paulo dicto loco ad *Colos. 2.* ut putidum sit contra universam Ecclesiam somnium illud affirmare? Ream peragi hoc loco ipsam Philosophiam ex ipsa appellatione primo probamus.

Propria vocis significatio in contextu deferenda est, quando absurdum vel inconueniens aliquid importat.

Hoc loco Philosophiæ vox non importat absurdum aliquid vel inconueniens. Ergo non est deferenda.

De Assumptione controuertitur & rursus quæritur an absurdum vel inconueniens sit accusare veram Philosophiam & sapientiam humanam deprædationis? affirmatur hoc iudicio.

Quicquid ad spiritualia conuersum, ea oppugnat insectatur, irridet, stultitiam pronuntiat, illi deprædationem tribuere, nec inconueniens, nec absurdum est.

Consideratio rerum mundanarum & morum informatio Philosophica conuersa vel collata ad spiritualia oppugnat diuinam sapientiam, irridet eam & stultitiam pronuntiat.

Ergo considerationi rerum mundanarum & morum informationi Philosophicæ conuertenti se ad spiritualia, tribuere deprædationem, nec absurdum nec inconueniens est.

Assumptio, etsi in prima parte huius tractatus abunde comprobata est, ad quam Philosophos remittimus, auctuarij tamen loco adijciemus & hanc probationem ex *1. ep. ad Roman.* ubi docet Apostolus, ex consideratione visibilium, mortales quidem ad cognitionem potentia & diuinitatis Dei perductos fuisse: Sed in illa consideratione & *διαλογισμοῦ* ratiocinationibus suis, vanos factos fuisse, & veritatem mutasse in mendacium affirmat *vers. 21. 23. & seq. φρόνημα τῆς σαρκὸς* vel sapientiã humanam, quando ex ijs, quæ per contemplationem rerum mundanarum acquisiuit, considerationem instituit spiritualium, non potest aliud, quam spiritualia ad terrena conformare & sic omnem mysteriorum rationem evertere.

Si dixit.

Si dixerint hæc culpa hominum fieri, non Philosophiæ, monstrent nobis aliam Philosophiæ actionem in spiritualibus fuisse à primo lapsu hominis huc usq; ; aliam enim actionem in spiritualibus si haberet, eam utiq; , si non in omnibus, in aliquibus saltem, exeruisset. Nos Paulum illis opponimus cap. 3. eiusdem Epistolæ asserentem inter omnes Iudæos & Græcos, qui sunt vel fuerant, nullum reperiri, qui intelligat, qui requirat Deum, aut bonum faciat, ne unum quidem, ut omne os obtureretur, &c.

Morum verò informationem Philosophicam, quæ pars Philosophiæ præcipua est, si conferas ad spiritualia, bone Deus, quantum ibi prædam exercet, obscurando originalis peccati atrocitatem, humanas vires extollendo, virtutum dignitatem meritaq; prædicando, in iisq; veram felicitatem collocando. Calamitatem hanc priora secula experta fuere: majores eam vix propulsarunt, & hi Philosophi eandem revocare impune contendent?

Legatur Apologia Augustanæ Confessionis.

Audiant etiam Lutherum differentem de Ethica Aristotelis, quam veram Ethicæ Philosophicæ descriptionem continere. Caselius nunquam negabit, cum inde sanctum Patris omnium cultum polliceatur, ita in scripto an den Christlichen Adel Deutscher Nation Tomo 6. desselben gleichen das Buch Ethicorum / erger denn kein Buch stracks der gnaden Gottes / vnd Christlichen Tugenden entgegen ist / das doch auch der besten eines wird gerechnet. O mir weit mit solchen Büchern von allen Christen. Darff mir niemandt aufflegen / Ich rede zu viel oder verwerffr das ich nicht wisse. Lieber Freunde / ich weis wol was ich / rede / Aristoteles ist mir so wol bekandt als dir vnd deines gleichen / Ich habe ihn auch gelesen vnd gehöret / mit mehrem Verstande denn S. Thomas oder Scotus, des ich mich ohne Hoffart rühmen / vnd wo es noth ist / wol beweisen kan. Ich achte nicht / das so viel hundert Jahr lang so viel höher verstandt darinnen / sich erbeitet haben / Solche Einrede sechten mich nimmer an / wie sie wol etwan gethan haben / sintemal am tage ist / das wol mehr Irrthumb / mehr hundert Jahr in der Welt vnd Vniuersiteten blieben sind.

Hæc autem etsi vobis Lutheri pudenda sunt, gravioris tamen momenti apud pios est censura Aug. Conf. authoritasq; Lutheri, quam vestra impudens temeritas.

Patet

Patet igitur hanc mundanarum rerum considerationem & morum informationem Philosophicam, si ad considerationem rerum spiritualium assurgat, easdem oppugnare & stultitiam prouentire.

Nec enim inconueniens & absurdum esse in dicto *Colos. 2. vers. 8.* Propriam Philosophiæ significationem retinere.

Sed vestra Cornelius dicet, hæc somnia sunt putida contra universam Ecclesiam. Quapropter etiam doctorum Ecclesiæ iudicia inquiramus.

Cyprianns in Epistola 2. pag. 79. *Inter Christianos & Philosophos plurimum distat. Et cum Apostolus dicat: Videte ne quis vos deprædetur per Philosophiam & inanem fallaciam, vitanda sunt, que non de Dei clementia veniunt: Sed de Philoſophiæ duriori præsumptione.*

In lib. de Bon. pat. loquitur de Philosophiâ, quæ ad patientiam & sapientiam ducit, & addit: *Beatus Apostolus plenus Spiritu S. & vocandis servandisq; gentibus missus contestatur & instruit, dicens: Videte ne quis vos deprædetur.*

Ambrosius in Psalmum 112. *Nihil nobis est cum Philosophia, ne quis assertionem nostram per Philosophiam deprædetur. Sic enim Arianos in perfidiam ruisse cognovimus, dum Christi generationem putant usu huius seculi colligendam. Reliquerunt Apostolum, sequuntur Aristotelem, reliquerunt sapientiam, que apud Deum est, elegerunt disputationum tendiculas, & aucupia verborum Dialecticæ disciplinam, cum clamet Apostolus. Ne quis vos deprædetur per Philosophiam, & inanem seductionem.*

Tertull. de præscript. hæret. *Ipsæ deniq; hæreses à Philosophia subornantur &c. Aristoteles illis Dialecticam instituit, artificem struendi & destruendi versipellem, in sententijs coactam, in conjecturis duram: in argumentis operariam, contentione molestantem, etiam sibi ipsi omnia tractantem, ne quid omnino tractaverit. Hinc illæ fabulæ & genealogiæ indeterminabiles, & quæstiones infructuosæ & sermones serpentes velut cancer, a quibus nos Apostolus refrenans, nominatim Philosophiam & inanem seductionem contestatus, cavere oportet sciens ad coloss. Videte ne quis sit circumventens vos per Philosophiam & inanem seductionem, secundam traditionem hominum, propter providentiam Spiritus Sancti. Fuerat Athenis, & istam sapientiam humanam affectatricem & interpolatricem veritatis de congressibus noverat, ipsam quoq; in suas hæreses multiplicatam varietatis sectarum invicem repugnantium.*

H

Quid

Quid ergo Athenis & Hierosolymis? Quid Academia & Ecclesia, quid hereticis & Christianis? Nostra institutio de portica Salomonis est, qui & ipse tradiderat Dominum in simplicitate cordis esse quaerendum.

Hæc aut de vera Philosophia intelligenda sunt aut fatendum Aristotelem veram Philosophiam non docere.

Lutherus von der Beicht / zum achtzehenden noch klerer spricht er / Coloss. 2. Sehet zu / das euch nicht jemandt betriege / durch die Vernunftige Kunst (die Philosophia) vnd eiteln betrug / durch Menschen Geses / die da sind nach den Elementen der Welt / vnd nicht nach Christo gerichtet. Was möchte klerer gesagt werden? Er spricht kterlich / was mehr nach Christus laut / dat ist / Was mehr Christus Wort vnd Lehre sey / das ist Betrug vnd zu meiden. Er nemet mit namen alle Ntürliche Kunst vnd Weißheit / die Philosophia, alle Menschen Ehre / Was sol er mehr nennen? Was lesset er hie vbrig bleiben / denn allein Christum? Die Philosophia ist je das grössst / das Menschen haben mügen / So sind Menschen geses das Geistlichst / das sie haben mügen. Aber es ist alles Irthumb vnd Betrug / spricht S. Paulus. *Omnis certe ars rationis & sapientia complectetur etiam Philosophiam, & cum summum decus Philosophiam vocet, veram utique intelliget.*

In confutatione Rationis Latomianæ. Videte ne quis vos decipiat per Philosophiam & inanem fallaciam. (hanc ego scholasticam Theologiam interpretor fortiter & cum fiducia) secundum traditiones hominum, secundum elementa hujus mundi (hæc sunt jura bullarum, & quicquid ultra scripturas statutum est in Ecclesia) & non secundum Christum. Clarum est hic solum Christum doceri & audiri velle Paulum.

Matth. Flacc. Illyr. in Cla. *Nec tamen hic (de dicto ad Coloss. 2. agit) tantum falsa Philosophia reprehenditur, sed etiam ista vera quam nunc potissimum ex Aristotele habemus. Quomodo, verò noxia esse soleat, prolixè declaravi in libro de Metis & Materijs scientiarum. Experimentum verò hujus ineffabilis damni habetur in patribus, præsertim in Græcis, Clemente, Origene, Chrysostomo, & alijs, omnium maximè verò in Scholasticis Sophistis. Nempe nulla pars Philosophiæ videtur divinior & utilior, quam Ethica, quæ de viribus humanis, de formando homine ad virtutes, seu de informandis in homine habitibus.*

habitus virtutis, & abolendis vitijs & pravis affectibus, deq̄ vera felicitate comparanda, ac de fine hominis disserit: quæ tamen si in Theologiam admittatur, funditus veram pietatem evertit. Nam tum innatam hominis malitiam aut morbum seu originale peccatum obscurat, hominis vires mirifice admirans & amplificans. tum legis ac virtutis possibilitatem celebrat obscurans eius severitatem, ne possit peccata & iram Dei damnationemq̄ revelare: tum deniq̄ Evangelium & meritum Christi abolet, dum virtuti justitiæq̄ humane veram hominis felicitatem adscribit. Quare cohibeatur intra suas metas, nempe ut tantum de externa disciplina & virtute ac justitia coram hominibus, non coram D E O, & qualicunq̄ huius vitæ beatitudine differat, ad quos usus eam propriè Aristoteles dixerit.

Et deniq̄ ante omnia subiciatur regaturq̄ superiori norma verbi Dei & Spiritus Sancti. Sit igitur omnibus cæutentibus in corde & ore illud præclarissimum dictum Lutheri. Qui vult Sapiens fieri in Aristotole, stultificetur prius in Christo, ut nempe Catechismus regat Philosophiam, non regatur ab ea.

Wolfgangus Mutculus. Sanè qualis qualis illa (Philosophia) sit in seipsa, hoc nomine vehementer est homini Christiano averſanda, quòd à doctis & sapientibus huius seculi ad turbendam Christianæ fidei puritatem, in religionem nostram infertur, & quasi magistra ad gubernacula illius collocatur. Cum adhuc in Papatu essem, omnes conciones sonabant Philosophum. Et scripta Scholasticorum unde promanarunt, nisi ex nimio Aristotelicæ Philosophiæ studio, idq̄ absq̄ ulla dissimulatione? Sit aliquis usus in rebus mundanis non repugno. In articulis verò fidei ac religionis nostræ, quasi quedam pestis fugienda est. Hic sequenda est admonitio hæc Apostoli, qua dicit, Videte ne quis sit, qui vos deprædetur per Philosophiam.

Calvinus ad Colof. 2. Si uno verbo quis malit, Philosophia nihil aliud est, quam persuasorius sermo, qui pulcris ac plausibilibus argumentis se insinuat in animos hominum. Tales fateor, erunt omnes Philosophorum argutiæ, si quid de suo addere velint ad purum Dei sermonem. Itaq̄ Philosophia nihil aliud erit, quam spiritualis doctrinæ corruptela, si Christo permisceatur.

Sed Martini Chem. testimonium allegatum ab Hoffmanno excutiamus, qui dicit de veris Philosophis Tertullianum pronunciasse, quod sint hæreticorum patriarchæ, qui Ecclesiæ puritatem doctrina sua commacularint. Cornelius enim hanc esse Chemnitij mentem negat, & se hoc alterius cujusdam suffraganei iudicio tueri posse sperat.

Chemnitius præmittit, συλαγωγία esse, quando Philosophia extra suos terminos possessionem doctrinæ Ecclesiæ invadit.

Ergò non de Philo'sophia, sed de φουλοψυδία, aut ijs qui Philosophiam verbo Dei vel opponunt vel anteponunt loquatur.

Respon. Radicula connexio. Si συλαγωγία est, quando Philosophia extra suos terminos invadit possessionem doctrinæ Ecclesiæ locus Tertulliani & Chemnitij, de vera Philosophia accipi non potest.

Quasi vero vera Philosophia aliud possit ex se & suis viribus, quam possessionem doctrinæ Ecclesiæ invadere, toties hoc supra inculcatum est, quod vera philosophia & ratio humana non possit, ex se & suis viribus sibi temperare, ne cœlestia attentet, & divinis se ingerat: φρόνημα enim τῆς σαρκὸς est inimicitia adversus Deum, nec subijcitur legi Dei, & ne potest quidem aliud, quam ad divina oculos attollens, eadem stultitiam pronuntiare. Inepte igitur principium, lumen illud Logicæ Caselianum petit. Demonstrare enim debebat veram Philosophiam non invadere possessionem Ecclesiæ, cuius contrarium supra cap. 2. & 3. demonstratum est.

Sed expendamus Chemnitij locum num de vera & falsa Philosophia agat; optimus enim hic suæ sententiæ interpret erit. Quod ex Clemente, inquit, nota veram, quosdam Philosophiam justificatos, hoc Andradius ita explicat: ipsam quidem Philosophiam nunquam habuisse vim ad justificandum, sed ad justitiam comparandam fuisse olim Græcis necessariam. Divinum enim numen Philosophiæ ministerio usum fuisse ut homines excellentissimæ illi discipline deditos, clarissimis justitiæ ornamentis illustraret.

Quid hic intelligendum putas Lector, veram an falsam Philosophiam? Veram dicēs. Clemens enim non statuisse iudicabitur per falsam Philosophiam justificatos esse homines: Nec Andradius sentiet falsam Philosophiam fuisse Græcis ad salutem necessariam divinumq; numen falsa Philosophia usum fuisse &c. nec falsam Philosophiam appellabit excellentissimam disciplinam. Ergo de nulla alia, quam vera Philosophia adhuc loquitur. Sequitur: Andradius declarans illud Clementis Philosophiam esse pædagogiam in Christum sic scribit: Philosophiæ meditatio, quia mentem DEI cognitione illustrat, pietate informat, virtutumq; institutis ex amore exornat, ad Evangelium quodammodo viam munit. Animus enim, qui ex Philosophia vera Dei cognitione virtutumq; luminibus est illustratus, atq; in divinarum rerum contemplatione satis versatus.

versatus, facilius quidem ad reliqua fidei mysteria adduceretur. Veram DEI cognitionem, pietatem, virtutem, nunquam falsæ Philosophiæ tribuet Andradius. Ergo de vera Philosophia adhuc Chemnitzus agit.

Hæc autem ex Andradio cum recitasset, subiicit Chemn: Et Philosophiæ sanè si intra suos terminos se contineat, suus & honestus in vita humana locus tribuendus est, sed non commiscenda cum doctrina Ecclesiæ in iis, que sunt Spiritus. Quis statuet tam dementem Chemnitzium fuisse & ineptum, ut falsæ Philosophiæ honestum locum in Ecclesia tribueret: Ergo de vera Philosophia agit.

Addit autem: Paulus dicit 1. Cor. 1. Græcis doctrinam Evangelii stultitiam esse, & cap. 2. Homo ψυχικός non capit ea, que sunt Spiritus, stultitia enim ei sunt &c. 2. Cor. 10. dicit omnem intellectum captivandum in obsequium Christi, quia φθόνος & αχρηστία inimicitia est adversus Deum Rom. 8. Et ideo Coloss 2. vocat συλαγωγία quando etiam vera Philosophia possessionem doctrinæ Ecclesiæ invadit. Et de veris Philosophis dicit, Tertul: Philosophos esse Patriarchas hereticorum &c. Quod clarius, quid apertius? συλαγωγία pronuntiat quando etiam vera Philosophia possessionem doctrinæ Ecclesiæ invadit. Antecedentia & consequentia idem perspicue demonstrant. Vbi igitur Caseli lucis tuæ universam Iuliam collustrantis lumen fuit, cum scriberet putidum contra universam Ecclesiam somnium esse, hoc dictum de vera Philosophia intelligendum esse? ubi tuus totus alacer & acutus Cornelius acumen suum habuit, hæc cum legeret & non animadverteret. O miseram lucem, adhuc quæ non pertingit. Cum autem in hac tua luce Caseli tenebræ tantæ depræhendantur, ipsæ tenebræ quanta? Cur hic oculus tuus tam malus & luscus sit, quam tenebrosus fuerit totum corpus juxta Christum Matth. 6. vers. 23. I nunc & dic putidum somnium esse contra universam Ecclesiam dictum Coloss. 2. vers. 8. de vera Philosophia interpretari: Et hæc de secunda parte.



PARS TERTIA.

DE VERITATE DVP LICI, HVMANA
ET SPIRITVALL.

H 3

Postremo

Postremo loco etiam hæc quæstio in disceptationem vocatur :
An humana ratio ex se & luce Naturæ unam eandemque verita-
tem concipiat de divinis , quam Spiritus Sanctus renatis per fi-
dem impertit. Hæc igitur in hac postrema parte sic tractabitur,
ut veritas solidis fundamentis confirmetur & adversa refutentur.

CAPVT PRIMVM.

De occasione quæstionis.

Lutherus in disputatione anni 35. Missæ privatæ hos syllogismos
opposuerat.

BARBARA I.

Omnis cogitatio humana de rebus divinis est error.

Omnis Missa privata est huiusmodi.

Ergo omnis Missa privata est error.

BARBARA II.

Omnis voluntas humana in rebus divinis est impietas.

Omnis Missa privata est huiusmodi.

Ergo omnis Missa privata est impietas.

BARBARA III.

Omnis cultus humanus in rebus divinis est idolatria.

Omnis Missa privata est huiusmodi.

Ergo omnis Missa privata est idolatria, &c.

Et in dilputatione anni 39. An hæc propositio sit vera in Philoso-
phia: Verbum caro factum est, sic disserit.

1. *Etsi tenendum est, quod dicitur, omne verum vero consonat, tamen idem non est verum in diversis professionibus.*
2. *In Theologia verum est: Verbum esse carnem factum: in Philosophia simpliciter impossibile & absurdum.*
3. *Nec minus, imo magis disparata est prædicatio Deus est Homo, quam si dicas, Homo est Asinus.*
4. *Sorbona mater errorum pessimè definiit idem esse verum in Philosophia & Theologia.*
5. *Impieque damnavit, qui contrarium disputaverunt.*
6. *Nam hæc sententia abominabili docuit captivare articulos fidei sub iudicio rationis humanæ,*

7. Hoc erat nihil aliud, quam cœlum & terram includere suo centro aut grano Milij.

8. Cum contra Paulus doceat, captivandum esse omnem intellectum, (haud dubiè & Philosophiam) in obsequium Christi.

41. Hinc tandem concludit Lutherus: Rectius ergo fecerimus, si Dialecticâ, seu Philosophiâ in sua Sphæra relictis, discamus loqui novis linguis in regno fidei extra omnem Sphæram.

De his Philipp: Melanth: in præfatiuncula disputat: illis præmissa sic statuit, quod hæ sententiæ primum restituerint in lucem puram Evangelii doctrinam, &c.

Hæc Lutheri fundamenta ad præsens suum negotium Hoffmannus accommodans, erudite & pie Lutherum scripsisse statuit, de sententia Sorbonæ Parisiensis, quod definiverit idem esse verum in Theologia & Philosophia &c: & hoc grave Lutheri iudicium constare contra Sacramentarios Philosophos, qui Calvinismo Theologicè pudenti & expulso, Logicè palliato & reducto, applausum in scholis conciliare conantur, contendentes, quod enunciationes Mysticas, seu inusitatas oporteat per tropum reduci ad Logicas. Et demum concludit cum Luthero: Dialecticâ in sua Sphæra relinquendâ in regno vero fidei novis loquendum esse linguis, extra omnem Sphæram, &c.

Sancta hæc Lutheri fundamenta dum adversus Calvinianos explicat & confirmat Hoffmannus; atq; Philosophica à Theologicis, profanum à sancto segregat, crimen lætæ veritatis Philosophicæ à Philosophis ipsi impingitur. Sic enim illi contra hæc Lutheri fundamenta disputant, ut omnino contrarium statuunt; Id quod in Philosophia verum est, veritatis etiam rationem in Theologia & in iudicio spirituali habere, adeo ut ne umbra enuntiationis Philosophicæ sit, quæ Theologiæ adversetur, & in ea falsa sit: Sed amicè potius Philosophica cum Theologicis consentire, horum vestigia ab illis prone adorari.

Hoffmannus autem dum gravius fundamenta Lutheri urget, prodit Duncanus Liddelius Scotus Med. D. & istam Lutheri sententiam gravissimâ, adversus Sorbonistas publicè defensam. & à Philipp: Melanth: ut dictum est, egregiè commendatam, ad præsentia Lutheri referendam, pro sua erga ipsum pietate & reverentia pronunciat, cumque cæteris contendit, unam & eandem esse veritatem, quæ ex luce rationis, & quæ ex luce Spiritus S. proficitur, adeo ut si ex rationis iudicio non renatus, aut etiam Diabolus, Deum esse, eundem esse
justum

justum bonum concipiat, verum iudicio etiam Spirituali statuatur, non minus quam renatus, & Deum esse, & eundem justum, bonum confitetur. Nisi quod postea in renatis Spiritus S. uberiorem veritatis cognitionem largiatur, & quem ratio Deum unum essentia dicitur Spiritus Sanctus trinum in personis doceat, & sic una veri Dei notitia ex notitia naturali & Spirituali conflatur. Hoffmannus contra Diaboli de Deo notitiam non veritatem, sed mendacium, noemataque rationis humanæ de divinis concepta non esse iudicio Spirituali vera: Sed falsa impia & mendacium statuit. Hæc igitur quæstionis occasio & explicatio.

CAPVT SECVNDVM.

Confirmatur ex sacris aliam esse veritatem humanam & terrenam, aliam celestem & spirituales. illamque iudicio Spiritus falsitatis cæcitatibus & mendacium ream esse.

DE duplici veritate Spirituali & humana cum quæritur, non hoc agitur ut omnis veritas & certitudo e rebus humanis tollatur & Scepticorum dubitatio in Scenam revocetur: Sed de divinis quæritur, quid mens humana ex se & suis viribus de iis concipiat, intelligat & iudicet, an ea ad iudicium Spirituale revocata, & exacta veritatis rationem tueantur. Per lapsum enim etsi mens omnem lucem & veritatem Spirituales perdidit, non tamen omni intellectu spoliata fuit, sed notitias suas naturales retinuit, ex quibus & Deum esse concludit, & si rationis acumine sibi relicto res visibiles excutiat, inde iudicium de invisibili Dei potentia & Divinitate facere potest, ut Paulus Rom. 1. vers. 20. testatur & vers. 21. huic rationis luci cognitionem Dei tribuit & vers. 28. notitiam Dei & vers. 32. cognitionem iustitiæ Dei, & cap. 2. vers. 15. gentibus opus legis in cordibus scriptum testatur. Et hæc notitia Dei ex rationis luce profecta nominatur testimonium Dei Act. 14. vers. 17. Veritas Dei Rom. 1. vers. 18. & 25. Quæ singula iuxta verbum Dei confitemur.

Quæritur autem ulterius, an illa ex naturalibus notitiis rationis iudicio ex rebus visibilibus concepta notitia, & veritas de DEO, in Diaboli & non renatis quæ 1. Cor. 2. vers. 13. humana sapientia dicitur, sit eadem cum ea veritate & notitia, quam Spiritus S. per fidem inspirat

inspirat renatis, & quæ spirituali iudicio veritas censetur, & Col 1. v. 9. Sapiencia & intelligentia spiritualis dicitur? Id vero pernegamus his fundamentis veritatis coelestis.

1. Quod veritas spiritualis à Spiritu S. per fidem inspiretur & tantum tribuatur renatis. *Matth. 11. v. 27. Nemo novit patrem nisi filius, & cui voluerit filius revelare Job. 1. v. 18. Deum nemo vidit unquam, unigenitus filius, qui est in sinu patris, ille nobis exposuit. Eph. 1. v. 9. Ex divite gratia Dei redundavit in nos omni sapientia & intelligentia. Pater gloriæ dat spiritum sapientiae & revelationis per agnitionem ipsius Eph. 1. v. 17. Job 13. & Spiritus S. ducit in omnem veritatem. 1. Cor. 2. v. 12. nemo novit ea quæ sunt Spiritus Dei, nisi Spiritus Dei, & v. 10. Nobis autem ea Deus revelavit per spiritum suum. Quæ diligit Deum is edoctus est à Deo 1. Cor. 2. v. 3. Estq; hæc notitia tantum renatorum in Ecclesia, ut *Psal. 76. v. 1. Notus in Iudæa Deus. Animalis autem homo non est capax eorum, quæ sunt Spiritus Dei, stultitia enim sunt illi, nec potest ea cognoscere, quia spiritualiter dijudicantur 1. Cor. 2. v. 14. Nec idonei sumus ex nobisipsis, sed quod idonei sumus à Deo est, 2. Cor. 3. v. 5. Quicquid igitur animalis capit, id non est spiritualis veritas. Hanc enim animalis capere non potest 1. Cor. 2. v. 14. At percipit ratio esse Deum, eundemq; iustum bonum capit animalis homo. Non igitur est veritas spiritualis, quod naturali notitia de Deo concipitur. Sed carnalis qui enim secundum carnem sunt tantum ea quæ carnis sunt sapiunt Rom. 8. v. 5.**

Sic 1. Cor. 1. v. 21. *Mundus in sua sapientia non cognovit Deum Job. 16. v. 3. Movebunt vos à Synagogis &c. Hæc facient vobis, quia non noverunt me neq; patrem 1. Cor. 12. v. 3. Nemo potest lesum dicere Christum nisi per Spiritum S. 1. Cor. 3. v. 7. Sapientia Dei spiritualis latet in mysterio.*

2 Notitia rationis humanæ naturalis, quæ *Act. 14. v. 17. testimonium Dei, & inscripta in cordibus Rom. 1. Veritas Dei appellatur. Dicitur ibidem caligo, tenebræ & ignorantia. Etsi enim, Act. 14. v. 17. testimonium Dei vocat, versu tamen præcedente ait: Deum sive gentes omnes ire vijs suis. Istas vero vias, non lucis aut cognitionis Dei spiritualis, sed ignorantiae fuisse docet c. 17. v. 10. tam procul remotas à vijs Dei, quam procul est cælum à terra, *Ies. 55. v. 8. & Eph. 2. v. 12. dicitur quod gentiles Ephesij, prius quam lux Evangelij illis patefieret, fuerint, & Deo, Id est Dei expertes in mundo, & c. 5. v. 8. quod tenebræ fuerint, & c. 2. v. 3. facientes θεληματα τῆς σαρκὸς καὶ δεινοῶν: de quibus tamen Rom 1. dixerat, quod opus legis haberent scriptum in cordibus, quodq; ex visibilibus invisibilem Dei potentiam cognoscerent, &**

gent, & 1.4.v. 17. Gentes versari in vanitate mentis & cogitationem habere obscuratam à vira Dei, propter ignorantiam, quæ est & hæret in natura ipsarum & Act. 17. v. 23. Sapientissimorum Atheniensium cultus, ignoti Dei cultus dicitur, qualem & Job. 4. v. 22. Samaritanorum adorationem Christus testatur esse Rom. 1. v. 21. Evanuisse dicuntur in cogitationibus suis 2. Cor. 4. v. 4. mentes infidelium quantumvis excellentium Philosophorum ex cœcatæ dicuntur, & Luc. 2. v. 79. populus extra Christum in tenebris sedere dicitur, quas nec Aristoteles suo lumine, nec alius, sed solus Christus sua veritate dispellit.

Contra vero spiritualis notitia & veritas in renatis dicitur lux & vita. Eph. 5. v. 8. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux estis in Domino.

Eleganter hoc lumen illud Saxonix Chem. explicat. Estis lux in Domino, ne quis imaginetur vel mentis acumine si intendatur ad quærendam veritatem vel doctrinam Philosophicam illustrari posse mentem. Job. 1. v. 4. Verbum caro factum Lux dicitur hominum lucens in tenebris, Eph. 2. v. 18. illuminans oculos mentis, ut sciamus quæ sit magnitudo potentix Dei in nobis, qui credimus.

Hæc igitur notitia potentix Dei, alia est ab eâ quæ concipitur ex visibilibus creationis, Rom. 1. v. 20 Act. enim. 26. v. 18. scriptura Paulum mitti testatur, ut aperiat oculos infidelium, ut se convertant ex tenebris ad lucem à potestate Satanæ ad Deum, idq; per verbum prædicatum Psal. 119. v. 115. Lucerna pedibus meis verbum tuum Domine & lumen semitis meis, & v. 130. lumen sermonum tuorum illuminat, & intelligentiam præstat parvulis 1. Cor. 1. v. 30. Christum Iesum Paulus testatur, nobis factum sapientiam à Deo patre, &c. ut qui gloriatur tantum in ipso gloriatur, in ipso siquidem omnes thesauri sapientix reconditi. Extra Christum igitur nullam nec lucem nec sapientiam spiritualem demonstrabunt, nec reperient, ipse enim est lux vera, quam qui sequitur non ambulat in tenebris, sed habet lumen vitæ Job. 8. v. 12.

Omnes igitur Philosophi, Philosophica sua luce, nil nisi tenebras habent & sectantur, Iudicio Spiritus S. & nisi Caselius hanc lucem apprehenderit, quæ tenebras mentis ipsius discutiat, experierur lumen illud Aristotelis, non dispellere omnem mentis caliginem. Hæc igitur cum perspicua sint, Naturalem veritatem, caliginem, tenebras & ignorantiam esse, spiritualem vero veritatem, lucem esse, nemo probabit unâ eandemq; esse veritatem naturalem & spiritualem, nisi per novam lucem Caselianam nuper exortam tenebras esse lucem, ignorantiam esse sapientiam, doceatur, de quo tamen Paulus 2. Cor. 6. v. 14. testatur,

eur, quod nulla sit communio luci cum tenebris, & Gal. 1. v. 8. Anathema dicere jubet qui aliud docere conatur.

3. Perspicuum etiam est discrimen scientiæ seu veritatis spiritualis & carnalis ex effectis, quibus sibi mutuo adversatur. Rom. 8. v. 5. Qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt, qui verò secundum Spiritum, quæ Spiritus sunt. Nam φρόνημα intelligentia seu sapientia carnis præstantissima, mors est, intelligentia vero Spiritus vita sapientia & veritas spiritualis est sancta, pura, congruens menti & voluntati Christi placens ipsi non inimica legi ipsius 1. Cor. 2. v. 16. Col. 1. v. 9. At sapientia & veritas carnis est inimicitia adversus Deum. Rom. 8. v. 7. tantum ad malum Gen. 3. v. 21. Secundum sapientiam & veritatem animalis hominis, veritas divina & spiritualis stultitia judicatur 1. Cor. 2. v. 14. & c. 3. v. 19. reddit inanem crucem Christi 1. Cor. 1. v. 17. At sapientia Spiritus, spiritualia cum iis quæ spiritualia sunt conjungit & dijudicat omnia 1. Cor. 2. v. 13. Hinc sapientia carnis dicitur terrena, diabolica, conjuncta cum invidia, amara & irritatione in corde Jac. 3. v. 16. At sapientia spiritualis superne descendit, demonstratq; ex bona conversatione opera sua, est pura, pacifica, moderata, tractabilis, plena bonorum fructuum Jacob. 3. v. 15. 17. Ideoq; etiam hanc carnalem & mundanam sapientiam Deus infatuat 1. Cor. 2. v. 20. abolet v. 19. Pudentia v. 17. Qui in Christi regno vult esse sapiens, oportet prius stultum fieri 1. Cor. 3. v. 18. & captivare sapientiam carnis. Alia igitur veritas spiritualis & carnalis sit oportet.

3. Mundi illa carnalis & terrena sapientia & veritas vanitatis & mendacij à sapientia Spirituali arguitur. Novit Deus διαλογισμῶν τῶν σοφῶν, cogitationes sapientum esse vanas. Rom. 1. v. 21. Vanifaciti in ratiocinationibus suis quibus Dei invisibilia ex visibilibus judicabant. Non enim retinent Deum in notitia. v. 28. Iehovah cognoscit cogitationes hominum, quod sint vana Psal. 44. v. 11. Eph. 4. v. 17. gentes versantur in vanitate mentis suæ Heb. 3. v. 10. semper errant corde, os eorum est diris & amarulentia plenum, sepulchrum apertum guttur eorum: Non est qui intelligat, non est qui exquirat Deum, ne unus quidem Rom. 3. v. 11. Et tales extra Christum sunt omnes Eph. 2. 3. 12. Veritas illa terrena detinetur in injustitia Rom. 1. v. 18. mutatur in mendacium v. 25. Psal. 116. v. 11. Omnis homo mendax, Psal. 62. v. 10 tantum vanitas filij hominū mendacium filij viri in statera suscendunt, vanitate leviores exunt. Psal. 14. dixit insipiens in corde: non est Deus Tit. 1. v. 16. Verbis profitentes se scire Deum factis negant Psal. 10. v. 4. Non est Deus in omnibus cogitationibus eius Psalm. 5. Non est in ore eorum

verum, vel ut 70. Veritas Luth. All ihre Lehre ist falsch und erlogen.
1. Ioh. 3. vers. 1. mundus non novit Deum Ioh. 1. v. 6. tenebrae eum non apprehenderunt. Qui autem filium negat ne patrem quidem habet 1. Ioh. 2. v. 25. Ideo
Psal. 96. v. 5. Omnes dii populorum idola & ap. ovia dicuntur Psal. 79. v. 6.
Gentes non noverunt Deum. 1. Ioh. 2. v. 4. Qui dicit novi Deum & mandata eius non servat, mendax est, & veritas non est in eo. cap. 4. v. 20. Si quis dicit diligo Deum & odit fratrem, mendax est.

His den. q; addatur illud, quod supra declaratum est, per amissionem imaginis Dei hominem omni luce spirituali spoliatum, ita, ut ne scintillulam eius (quemadmodum Form. Concord. inquit) retinuerit. Veram autem veri Dei notitiam habere, maxime est spiritualis veritatis, quam si tribuas homini ex naturalibus fidei notitiam constitues partim ex principijs naturalibus, videlicet, quod sit Deus, justus castus, bonus, & partim ex Spiritus S. revelatione, videlicet quod idem ille Deus, quem ratio concepit, sit etiam trinus in personis, pater scilicet, Filius & Spiritus S. Quod in confessionibus publicis damnatum & falsum esse ex praecedentibus patet.

Et haec Lutheranae sententiae fundamenta sunt, quibus constanter confirmatur, non ad pudenda Lutheri reiiciendum esse, hoc ipsius de duplici distinctaque veritate iudicium, sed eam confessionis nostrae partem esse primariam.

CAPVT TERTIVM.

Refutatur Philosophorum distinctio, quod quaedam sint purae fidei, quaedam non, & testimonijs patrum, naturalem veritatem iudicio spirituali falsitatis argui confirmatur.

Sed distinctione vana, sibi effugium hic paratum putant. Quaedam enim esse dicunt merae & purae fidei, de quibus fatentur Philosophiam & rationem humanam ex se nihil intelligere posse, videlicet Trinitatis, incarnationis mysteria &c. Quaedam vero non ita purae fidei esse, sed tam ex natura, quam ex revelatione Spiritus, per fidem perspicua & nota esse, qualia caetera sunt de Deo, quod sit unus, bonus, justus, &c. Sed vanum esse huius distinctionis commentum, & principium petere, pio lectori ex praecedentibus obscurum esse nequit.

De co

De eo namque quaeritur, an illa notitia & veritas, ex principiis naturalibus profecta, iudicio Spiritus, veritas eadem confeatur, ut non renatus notitia naturali, eundem Deum verum, vere concipiat, cum renato per Spiritum Sanctum. Hoc igitur Philosophis probandum erat. Contrarium vero solide demonstratum est. Quicquid enim animalis homo ex se suisque rationis viribus de DEO concipit, id spirituale non est, eius enim capax non est, nec potest, id cognoscere, quia spiritualiter dijudicantur 1. Cor. 2. v. 14. per $\psi\chi\mu\omicron\upsilon\varsigma$ vero hominem, quem Paulus intelligat, sapius dictum est, & eleganter id Chemnitius explicat, quod sint illi qui potissimam sui partem animam excolunt. Quos Paulus in eodem cap. vers. 6. Principes huius seculi vocat, qui praestantissimi sunt ingenio. Talem animale hominem dicit Paulus non intelligere res spirituales, quia spiritualiter dijudicantur, hoc est nisi Spiritus illuminet mentem, habentur pro stultitia. *Hec Chemnitius.*

Omnis autem notitia & veritas de Deo Philosophica, qua bonus, justus dicitur, potest percipi ab animali homine.

Ergo veritas spiritualis non est.

2. *Omnis sapientia & veritas Dei spiritualis occulta est in mysterio & abscondita à sapientibus & intelligentibus huius mundi, & spiritualiter dijudicatur 1. Cor. 2. vers. 7. Matth. 11. vers. 25. 1. Cor. 2. 14.*

Nulla humana sapientia & carnalis veritas de Deo est occulta in mysterio, nec abscondita à sapientibus huius mundi: est enim nota naturæ, & rationis iudicio subiecta. Spirituale verò iudicium est à Spiritu Christi, qui non est Spiritus mundi 1. Cor. 2. vers. 12.

Ergo nulla sapientia & veritas humana seu naturalis est sapientia & veritas Dei spiritualis: & falsum aliquam veri Dei veram & spirituales notitiam naturæ notam esse. Quomodo enim intelligeret eam, cum ex nobis idonei non simus aliquid cogitare de ea.

3. *Omnis notitia veritas & sapientia naturalis de Deo est vana caligo, tenebrae & mendacium, ut ex precedentibus liquet.*

Nulla spiritualis notitia, veritas & sapientia est vana, caligo & tenebrae, sed lux.

Ergo nulla notitia, veritas sapientia naturalis est veritas spiritualis nec eadem iudicio Spiritus dici potest.

Bellarminus lib. 4. cap. 2. de Gratia & lib; Arb: adversus Heshusiam confirmare quidem nititur: Ethnicos lumine naturæ cognoscere

potuisse Deum esse & esse unum. Non autem advertit hæreticæ pravitatis inquisitor, non hoc controversi an aliqua DEI notitia, lumine naturæ haberi possit: Nunquam enim id Heshusius negavit, sed multis asseruit. Verum hoc probandum erat: lumine naturæ quandam veram veri Dei notitiam acquiri posse, quæ spirituali Dei iudicio talis censeatur quemadmodum Philosophi nostri id crassius preponunt, eadem veritate & notitiâ, Ethnicos extra Christum Deum esse, & esse justum, bonum agnoscere, qua renati per Spiritum Sanctum.

Sed aliorum quoque de sapientia & veritate puplici iudicia & testimonia hic expendamus & consideremus, quo loco naturalem illam & humanam veritatem habuerint: ne novam & inauditam hanc censuram calumnientur.

Hieronymus in Esai: *Tandiu videtur humanus sermo habere rationem, quandiu divinæ scientiæ non fuerit comparatus: cum autem mendacium veritati quasi stipula igni appropinquaverit, cito voratur & deperit.*

Idem in Epistola ad Titum. *Geometria Arithmetica & Musica habent in sua scientia veritatem, sed non est scientia illa scientia pietatis. Scientia pietatis est nosse scripturam & intelligere prophetas, Evangelio credere, prophetas non ignorare.*

Cyprian: loco supra allegato Philosophorum sapientiam sine Dei sapientia falsam agnoscit.

Aug: Sermo de resur: Domini. *Hoc dixerunt valde magni Philosophi mundi huius, de quibus dicit scriptura nostra stulta fecit Deus sapientiam huius mundi.*

Et Troposui vobis, quid dicant etiam Philosophi huius mundi, quorum Deus sapientiam tanquam veram stultitiam reprobavit.

Encherius Lugd: Episcopus circa Cassiani tempora vixit de contemptu mundi; In Philosophorum præceptis, vel adumbrata virtus vel falsa sapientia: In dogmatibus vero Christianis continuata iustitia, solida veritas continetur. Vnde licet dicere, Philosophi alios nomen usurpasse, nos vitam. Et tamen qualia ab his dari possint præcepta vivendi? causam nesciunt ignorantes eum DEVM, & a statu ab exordio iustitiæ declinantes, consequente in cætera foruntur errore, hinc sit postea, ut studiorum talium finis sit vanitas. Si qui apud illos honestiora definiunt, huius jactantiæ deserviunt, huic laborant. Item. Apud eos non est vacua vitæ abstinentia vitiorum.

Lactant;

Lactant: lib. 3. insti: Cum sit nobis divinis literis traditum, cogitationes omnes Philosophorum stultas esse, id ipsum re & argumentis docendum est.

Et: Loqui bene potuerunt, ut homines eruditi, verè autem loqui, nullo modo, quia veritatem non didicerunt ab eo, qui eius potens est.

Luth: ad Gal. 1. cap: Videant illi, qui ex arbore Porphyriana & Aristotelis Philosophorum doctrinis didicerunt, hominem rationalem laudare &c: Scriptura omnia humana mendacio vanitati & perditioni deputat.

In cap. 3. Omnino omnium hominum Philosophorum, Oratorum, etiam pontificum doctrina & justitia carnalis est, ubi non docent fidem. Reliqua ex disputat: Anni 39. Supra allegata hic repetantur, quibus omnem cogitationem humanam de divinis errorem, omnemque voluntatem humanam in divinis impietatem pronunciat.

Tum etiam illa, quibus expressè veritatem Theologicam ab humana & Philosophica distinguit.

Addantur & hæc ex disputat: de com: idiom: Si quis reprobus sensu, etiam commode locutus fuerit, ipsamque scripturam jactarit tolerandus non est.

Christus enim nec dæmonia sinebat loqui, cum testarentur ipsum esse filium Dei, ut transfigurantia sese in Angelos lucis. Tanta est simplicitas & bonitas Spiritus Sancti: ut homines sui dum falsa loquuntur (Grammaticè) vera loquantur sensu.

Tanta est versutia & malitia Satanae, ut homines sui, dum vera loquuntur (Grammaticè id est verbis) mendacia loquuntur Theologicè id est sensu.

Hic potest dici: Si mentiris, etiam quod verum dicis, mentiris: E contra, si verum dicis, etiam quod falso dicis, verum dicis. Hoc est quod dicitur hereticum esse, qui scripturas aliter intelligit, quam flagitat Spiritus Sanctus.

In dispu: contra Lovan: An: 45. Quicquid in Ecclesia docetur sine verbo est mendacium, & impietas, & si idem pro articulis fidei statuitur impietas & hæresis est, cui si quis credit, idolatra.

Luth: Tom: 2. pag: 236. Cum duo sint Regna, Christi & Satanae, quicquid de regno Christi dicitur per contentionem dicitur & antithesim; quando igitur Christus dicitur via, veritas, & vita, quicquid non est Christus, id nec via nec veritas, sed mendacium est.

Pag: 234. Quicquid extra CHRISTUM est, non nisi Satan, extra lucem

tem non nisi tenebrae, extra vim non nisi error, extra veritatem non nisi mendacium.

Tom. 3. W. pag. 88. Der Prophet David fordert viel eine grössere Wahrheit/denn der Welt Wahrheit ist/ da er spricht: Du hast lust zur Wahrheit/die im verbergen liegt. Als wolt er sagen/Weltliche Wahrheit kan man halten/ kan auch von Menschen verstanden werden/ vmb welcher willen Pomponius Aristides vnd dergleichen in grossen ehren bey iren Leuten sind gehalten worden/ wie dann solche Leute aller ehren werd sind/ denn ihr gar wenig/ der aber ein grosser hauffen ist/ welche mit Lügen/ falschheit/ vund betriegeren vmbgehen. Dieselbe Weltliche Wahrheit kan von Jedermann verstanden werden. Diese Wahrheit aber/zu welcher Gott lust hat/die kan man nicht so sehen noch verstehen / denn sie liegt im verborgen. Item pag. 89. Dis erkenntnis ist die Wahrheit/ aber nicht eine Weltliche Philosophische Wahrheit/ welche die Vernunft höret vnd siehet/ sondern eine Christliche vnd verborgene Wahrheit / Welche alleine der Geist höret vund siehet/etc.

Et paulo post: Wenn du schon Weltliche Wahrheit vnd Gerechtigkeit hast / vund hast doch diese Wahrheit / so im verborgen liegt/ nicht/ so zürnet Gott gewislich mit dir vnd hasset dich.

Item pag. 90. GOTT duldet vnd leidet/ Ja er gebet auch das wir diese Weltliche Wahrheit haben / das ist für der Welt from vund vnschrefflich sein sollen/ gibt auch vmb derselben willen vns allerley zeitliche Güter/ auff das gemeiner Friede durch dieselbige Wahrheit also erhalten werde. Denn ohn solche Wahrheit köndte dis Menschliche Leben nicht bestehen/ doch hilfft vns solche Weltliche Wahrheit vund Gerechtigkeit für Gottes Gerichte nichts/ sondern die Wahrheit vund Weißheit/so im verborgen liegt/ mus da sein. Ibidem. Der Welt Wahrheit vund Weisheit ist offenbahr/ vnd jederman bekand/ vnd hat einen schönen herrlichen schein/ für Gott aber gilt sie nicht / Ja ist nichts denn eytel Lügen vnd Thorheit/etc.

Tom. 7. w. .pag. 277. Glaube vund Wahrheit ist ein ding ohne Glauben ist alles trug.

Ibidem. Alles was nicht Christi Wort / sind des Teuffels Lügen.

Novum igitur & insolens nemini, nisi his Philosophis esse potest, humanae rationis dictata, in divinis & spiritualibus mendacij arguere. Estimabis autem hinc Christiane Lector indignam horum
Philoso.

Philosophorum temeritatem, qua hanc Lutheri sententiam probatam, & in Ecclesia receptam, inter pudenda reijcere, & quæ hæctenus à majoribus, magna cum laude, coram adversariis asserta & commendata fuere, ignominioso pudendorum titulo traducere non verentur: & accusant tanta lumina, quod talia nostræ fidei fundamenta jecerint, usurparint, & defenderint, quæ pudorem & ignominiam Ecclesiæ incutiant, & potius tegenda, quam tanto cum pudore revelanda sint.

O profanitatem pudendam & impietatem ipso chami flagitio execrabilior, filius enim ille perditus, parentis somno oppressi turpitudinem nudatam conspiciens, eam fratribus suis revelavit: Hic Ecclesiæ matris venerandæ honorem & gloriam celebrandam, ignominioso pudendorum titulo coram juventute universa contaminat & proscindit. Iapetus eum fratre nudatam patris turpitudinem operuit. Hæc degener Iapeti Soboles cum suis, matrem sua gloria & veritate spoliare, nudatamque hostium ludibrio & sannis prostituere nihil veretur. Agnoscit quidem Lutherus sua *σφάλματα* & infirmitatem, quod scribendo, ut Augustinus ait, profecerit, & quædam in posterioribus scriptis ipse magna cum laude correxit. Sed quid istud ad hanc profanam Philosophorum temeritatem, qua fundamenta ipsius contra adversarios postremis annis adserta convellunt, & ad pudenda reijciunt.

CAPVT QVARTVM.

Argumenta Philosophorum refutantur.

I.

Diabolus Christum & sanctum Dei, & filium Dei appellat & confitetur Matt. 9. ver. 29. Mar. 3. ver. 5. 7. Luc. 4. ver. 34.

Ergo Diabolus eandem cum sanctis & fidelibus notitiam & veritatem de Deo habet.

Responso. Hoc patronorum & advocatorum Satanæ adversus Christum & Apostolum fundamentum est, quo Christum & Apostolos mendacii arguere conatur, ut veritatem Diabolo asserant. Negatur autem consequentia. Non enim ubi verba & vox eadem pronuntiat, eadem est in mente notitia & veritas. Turca, Paganus,

K

Deum

Deum, eundemq; creatorem cœli & terræ cōpellat & veneratur, quis autem tam rudis esse potest in Ecclesia, qui ignoret verum Deum ab ipsis non comprehendi, qui Pater est, Filius & Spiritus Sanctus.

Pilatus in titulo crucis, Christum vocat Regem Iudeorum: nemo vero dicet ab ipso Christum Regem comprehendi, qualem pii & fideles sub hoc titulo concipiunt. Diabolus igitur etsi Christū & sanctum Dei & Dei Filium vocat, non tamen eadem notitia & veritate id fit, qua à sanctis Angelis & fidelibus sic appellatur. Sed ulteriorem hujus quæstionis explicationem e thesibus nostris de imagine D E I & c: ante, hac pulice auditoribus nostris propositis & editis subjun- gemus,

Thef: 17. Quæritur an post lapsum Diabolus notitiam & veri- tatem de Deo retinuerit talem, quæ eadem sit cum sanctis Angelis & renatis!

18. Affirmativa defenditur à quibusdam Philosophis, qui in Pela- gianis cineribus hoc tempore ignes quarunt, novis flatibus vete- res favillas excitare student; quibus hæc fundamenta opponimus.

19. *Quæ iudicio spirituali veritas iudicatur, ea complectitur potissimum veram de Deo notitiam. Qui gloriatur in hoc gloriatur, quod sciat & noscat me inquit Iehovah Ier. 9. ver. 24.*

At in Diabolo veritas omnino nulla est Iob. 2. ver. 44. Diabolus in veri- tate non stetit, nec veritas est in eo.

Nulla igitur vera de Deo notitia & veritas in ipso post lapsum reliqua est, quæ spirituali Dei iudicio veritas censeatur, & eadē sit cum ea, quæ est in Sanctis.

20. Vera & spiritualis notitia, qualis est Sanctorum Angelorum & renatorum, confert vitam æternam Ioh. 17. vers. 3. *Hæc est vita æter- na, ut te esse illum solum verum Deum agnoscant, & quem misisti Iesum Chri- stum. Rom. 8. vers. 6. Intelligentia carnis mors est, intelligentia vero Spiritus vi- ta & Pax.*

Diabolus non habet vitam æternam nec pacem.

Ergo nec eandem cum sanctis Angelis veritatem & notitiam de Deo.

21. *Solus Spiritus novit ea, quæ sunt Dei. & cui per Spiritum Deus id revelat 1. Cor. 10. ver. 11.*

Diabolus non habet Spiritum Dei ubi enim Spiritus Domini, ibi libertas 2. Cor. 3. v. 17. nec veritatem per Spiritum revelatam, Nam qui diligit Deum, is est edoctus à Deo 1. Cor. 3. ver. 3.

Ergo non novit Diabolus ea, quæ sunt Dei. Huc & illud facit 1. Cor. 1. v. 21.

Mundum

Mundum non cognoscere Deum, nec quidem posse 1. Cor. 2. ver. 14.
Ad mundum vero præcipue refertur Diabolus, qui Deus hujus seculi
2. Cor. 4. ver. 4. Ephe 6. ver. 12. & Princeps mundi Job. 14. vers. 30. nun-
cupatur. Diabolus igitur non verè novit, nec potest Deum agnoscere.

22. Veritas & scientia de Deo, quæ cælestis dicitur & spiritualis, qualis in san-
ctis Angelis & renatis est, plena est honorum fructuum Iacob. 3. vers. 17.

Scientia Diaboli non est plena honorum fructuum, sed dicitur Diaboli. ibid.
ver. 15.

Ergo nec erit cælestis & spiritualis, qualis est in sanctis & renatis.

23. Verè dixit de Saxonica synceritate & Ecclesia Dei, præclare me-
ritus D. Morlinus antecessor noster: Qui rectè vult tractare Theologica, il-
lum oportet ante omnia probè tenere doctrinam de imagine Dei. Impossibile enim
est, sine illa scire, quæ hominis fuit integritas & originalis justitia.

24. Philosophos igitur eandem cum sanctis Angelis & piis veritatem
Diabolo tribuentes patet parum aut nihil de imagine DEI in-
telligere.

25. Etenim cum præcipue ad imaginem Dei spectarit, vera de Deo
notitia, ut ante lapsum Diabolus non minus, quam homo naturaliter
Deum agnoverit, ut oculus naturaliter videt: concessâ Diaboli post
lapsum notitiâ verâ de Deo, quæ eadem sit cum illa, quæ in sanctis An-
gelis & renatis est, & quam ante lapsum Diabolus habuit, statuam o-
portet, imaginem Dei non penitus esse per lapsum amissam, nec omnes
potentias in spiritualibus, summè & externe depravatas fuisse, non a-
missione tantum & spoliatione omnis spiritualis lucis, sed & accessio-
ne contrarii mali.

26. Et sic aut eum Dionysio statuent: Quanquam demones ceci-
derunt, tamen naturalia manserunt integra, ut sunt mens voluntas &
memoria, & sententiam ab orthodoxis dudum explosam in scenam
reducent.

27. Aut naturam ita extreme corruptam non esse, ut non aliquid
spiritualis lucis & veritatis in ea remanserit.

28. Quantum autem hic Diabolo relinquunt, tantum viribus hu-
manis ante renovationem concedent. Imago enim refert archety-
pum. Homo vero cum per lapsum amissâ DEI imagine, recepe-
rit, Diaboli imaginem, juxta communem & probatam nostra-
rum Ecclesiarum confessionem, refert etiam archetypum, cujus

maginem ante renovationem gerit, & sic habebit etiam veritatem & notitiam Dei post lapsum reliquam, quæ eadem sit cum sanctis Angelis & renatis, id quod etiam volunt nostri Philosophi: De qua illorum hæresi plenius alibi.

29. Falso etiam Christus dixisset, *Iob 8. vers 4. 4.* Diabolum in veritate non stetit. Ne vero quis putaret, Diabolo, etsi non ita ut sancti Deum agnoscat, veritatis tamen aliqualem notitiam relictam esse, negat hoc Christus, addens. Veritatem in eo non esse.

30. Sed contra hæc insurgunt veritatis Diabolicæ, adversus Christum & Orthodoxam Ecclesiæ sententiam patroni, & clientum suorum testimonium proferunt *Matth. 8. vers. 29. Marc. 3. vers. 11. Luc. 4. vers. 34. Marc. 5. vers. 7.* Vbi Satanas Christum & Sanctum Dei & filium DEI appellat & confitetur, unde concludunt: Si Diabolus Christum filium Dei fatetur, eandem habet cum fidelibus & sanctis Angelis notitiam, veritatem de Deo, quæ est spiritualis.

31. At negamus Satanæ patroni hanc consequentiam. Non enim ubi vox & verba pronuntiantur eadem, eadem continuo in mente est notitia: per multum enim interest, quando Turca vel paganus Deum compellat, & quando idem facit, qui per Spiritum S. spirituali luce est donatus.

32. Hinc Lutherus Tom. 4. Ienensi super *Matth. 8. vers. 29.* Christum Dei filium à Diabolis tentative appellatum docet, quasi inhiarier essent gloria vana eius animum, quemadmodum ante *Matth. 4. vers. 6.* attentarant. Secundo, *Est Spiritus amphibolus,* (inquit Lutherus) *potest filium Dei appellare, ut quemlibet sanctum hominem scriptura filium Dei vocat, quem motuere cogitur, propter fidem illius. Nihil igitur certi loquitur Satan, tentat & metuit simul, ut solent etiam homines dubitare.*

33. Luthero assentitur Chemnitius in Harmon: cap. 19. & 37. *Diabolum per tentationem explorare voluisse, an Iesus esset verè filius Dei, ex concionibus autem Christi, & factis eius, conjecturam suspicandi cepisset, ipsum esse Messiam. Sanctorum autem notitia non suspicionibus nititur. Statuit idem Hieron: super dictum locum Matthæi inquit; Tam demones quam Diaboli suspicari magis filium Dei, quam nosse intelligendi sunt. Nemo enim novit patrem nisi filius, & cui filius voluerit revelare *Matt. 11. vers. 27.**

34. Et res ipsa testatur, qualem Diabolus filium Dei agnoverit, injustum scilicet, qui venerit eos torquere ante tempus. Iohannes autem

autem 1. Epist. cap. 2. v. 4. docet, quod qui dicit novi Deum, & mandat eius non servat, mendax sit, & veritas in eo non sit & 1. Ioh. 4. Qui non diligit, non novit Deum 1. Cor. 12. vers. 3. Nullus per spiritum Dei loquens dicit Deum Anathema.

35. Et 1. Cor. 11. v. 3. inquit Apostolus: Nemo potest Iesum dicere Dominum nisi per Spiritum Sanctum. Diabolus vero Spiritum S. non habet: Nam qui spiritum Domini habet, is est apud Rom. 8. v. 4. Ergo Diabolus vere Christum Iesum Dominum aut Dei alium non dixit. Eodem modo Ioh. 1. Eph. 2. v. 4. & 6.

Quicumque Spiritus confitetur Iesum in carnem venisse, est ex Deo & Spiritus veritatis.

Diabolicus Spiritus non est ex Deo, nec Spiritus veritatis, sed mendacij Ioh. 8. v. 44. & erroris 1. Ioh. 4. v. 6.

Ergo non vere confitetur Iesum venisse in carnem.

36. Addatur & hoc 1. Ioh. 4. vers. 15

Quicumque confitetur Iesum esse filium Dei, in eo Deus habitat.

In Diabolo Deus non habitat Rom. 8. v. 4.

Ergo non eadem notitia & veritate Iesum confitetur filium Dei, qua sancti & renati.

37. Sed inquit hic Diabolicæ veritatis patronus Diabolum utique novisse Deum ante lapsum, igitur aut sciet idem adhuc, aut dicendum idipsum esse oblitum. Dignum vero tali cliente & patrono argumentum, quasi alia ratione privari illa scientia non potuerit, nisi per nudam oblivionem. Discant hi nostri Pelagiani, amissionem imaginis Dei, non oblivione tantum consistere, sed ut supra dictum, spoliationem esse omnis lucis, & omnium virium spiritualium, & accessionem mali contrarij, ut ubi ante lux mentis fuit intelligens Dei, ei post lapsum successit horrenda ignorantia, cæcitas & tenebræ. Vbi antea amor & dilectio Dei successit odium & extrema inimicitia adversus Deum, quemadmodum de homine dicitur Gen 6. v. 5. Omnes cogitationes cordis ipsius, esse tantum ad malum omni tempore, & summam eius sapientiam inimicitiam adversus Deum Rom 8. v. 7.

Luther. ad Galat. cap. 2. Dico spiritualia prorsus extincta esse in homine & Diabolo, ita ut nihil ibi sit quam intellectus depravatus & voluntas inimica & adversaria Dei, quæ nihil cogitat, quam quæ contra Deum sunt:

38. Sed Iacobum proferunt dæmonibus scientiam tribuentem cap. 3. v. 19. Demones credunt & contremiscunt, At hic de eo quæritur num

eadem notitiâ & veritate, qua Sancti angeli & renati, Deum agnoscant; id vero Iacobus non tantum non asserit, sed & expressè negat. Nam statim *cap sequente 3. v. 13. & 15.* distinguit inter scientiam dæmoniacam, quam & animalem & terrestrem vocat, & spirituales, quam supernè descendere dicit, & eodem 2. c. *versu proxime subsequente* fidem illam dæmoniacam mortuam appellat quemadmodum Paulus quoq; *Rom. 8. v. 6.* intelligentiam carnis mortem vocat, intelligentiam vero spiritus vitam. Non igitur eadem est scientia cum sanctis & veritas, id quod probandum erat.

39. Executiat igitur, licet veritatis Diabolicæ patronus omnem clientis sui scientiam, nunquam tamen contra tot expressa scripturæ testimonia evincet, eandem cum Sanctis angelis & renatis de Deo verè noticiam & veritatem ipsum habere.

2.

Nulla pars legis divinæ est mendacium.

Notitiæ naturales quæ Deum esse, eundemq; justum, bonum evincunt, & iustitiam externam docent sunt legis divinæ.

Ergò non sunt mendacia.

Resp. ad Assumptionem: Notitias naturales de disciplina externa esse quidem partem legis divinæ, non autem simpliciter & purè. Multis enim modis corruptæ & depravatæ sunt, ideoq; non quatenus ex Deo, sed quatenus ex corruptione horribiliter deformatæ sunt, mendacium per spiritum S. dicuntur. In rebus terrenis & disciplina externa, veritatis nomen tueri possunt, neq; juxta rationis humanæ iudicium aliter statui potest: quando vero quæritur, quid ex naturalibus notitiis de Dei essentia, eius iustitia & bonitate, humana ratio statuere possit, superius demonstratum est firmis scripturæ fundamentis, non tantum omnem noticiam cognitionem & lucem per lapsum amissam esse, sed etiam contrarias vires successisse, ut tot ratio ex principiis suis naturalibus, nihil de Deo intelligere & perficere possit, quod in spirituali iudicio, veritatis spiritualis censuram sustineat. Loco Dei namq; idolum sibi fingit.

Notitiæ

Notitiæ igitur naturales, non sunt purè pars legis divinæ, sed ita deformatæ, ut etiam quod secundum rectum rationis iudicium iustum censetur in iudicio tamen spirituali iniustitiæ accusetur & damnetur. Quo viro mysteria cœlestia, remotiora sunt à captu rationis, quam illa iustitia externa; tanto magis quoq; id quod de illis naturales notitiæ concipiunt, vanitatis & mendaci; accusatur. *Solus enim Spiritus novit ea, quæ sunt Spiritus Dei, & cui Deus id revelat, 1. Cor. 10. vers. 11. & qui diligit Deum, is est edoctus à Deo, 1. Cor. 5. vers. 3. 1. Job. 2. v. 4. qui dicit novi Deum & mandata eius non servat, mendax est, & veritas non est in eo.* Vnde rectè Lutherus omnia illa errorem, mendacium pronuntiat, quæcunq; sunt extra Christum, qui est veritas. Hicce quid clarius dici posset?

3.

Quod Deus revelat, id mendacium non est.

Deus notitias illas naturales, quæ de Deo sunt revelat. Rom. 1. vers. 19.

Quod de Deo cognosci potest, &c. Deus eis manifestum fecit, & 2. vers. 15. Opus legis scriptum est in cordibus ipsorum.

Ergo mendacia non sunt, sed veritas.

Resp. Eiusdem est farinae cum priore. Quicquid enim boni adhuc in mente reliquum est, quo externa tractare & dijudicare potest, id à Deo est, & sic etiam illud, quod de Deo per naturales notitias cognosci potest. Corruptio vero qua in universum notitiæ naturales deformatæ & averfæ sunt, à Deo non est, sed à Diabolo & prava voluntate hominis. Ideoq; Paulus inquit, eodem in loco, eos vanas factas in cogitationibus suis, cor eorum esse desipiens, mutare gloriam incorruptibilis Dei, in efformatam imaginem mortalis, mutare veritatem in mendacium &c. Et Eph. 4. v. 18: *abalienata sunt gentes à vita Dei per ignorantiam, quæ est in ipsis, ex cœcitate cordis ipsorum.* Vnde Psalm 116. *Omnis homo Mendax dicitur, id est, non rectè sentiens de Deo,* ut Apolog. Aug. Conf. illud explicat.

Si multitudine res erit illustrior. Motus heroici & quicquid est virtutum præstantissimarum in Ethnicis certè à Deo est? Quis autem negabit esse peccata? cum omne id peccatum sit, quod non est ex fide, Rom. 14. vers. 23.

Eadem

Eadem ergo ratione hinc liceret concludere illos motus non esse peccata, quia cuius Deus author est, id peccatum non est. Ut autem illæ virtutes Deum authorem habent, quatenus bonæ sunt, non quatenus peccato corruptæ, sic etiam notitiæ illæ non sunt mendacium quatenus sunt à Deo, sed propter corruptionem & ἀταξίαν, qua intime & penitus infectæ sunt & corruptæ, ideoq; non ita sunt revelatæ à Deo, quales nunc sunt.

4.

Contradictoria simul vera statuere plus quam brutum est.

Notitiam aliquam veram & mendacium esse, justiciam injustam esse sunt contradictoria.

Ergò illa statuere simul esse vera, plus quam brutum est. Pecudes enim sensibus diversa discernere solent, nedum contraria.

Respond. Hoc illud Argumentum est, quo Caselius Ramæam Philosophiam in oratione de bona Acad. exosam dectis se redditurum putat, quod contradictoriam sapientiam doceat, & Cornelius hoc valde exagitat, quod veras & falsas, Spirituales & terrenas, cœlestes & carnales veritates & justitias confingamus ad pallianda hæc nostra absurda. Quis autem existimasset novos, hos Theologiæ reformatores tam esse jejunos in Theologia, Si nullum aliud dari potest experimentum eius, quod Philosophia ratioq; humana stultitiam pronuntiaret divina, posset vel hoc sufficere: Sed quod hic sapientiæ divinæ debetur, id Caselius vel malitia vel inscitia affingit Philosophiæ Ramææ, ideoq; his nostris Philosophis accidit, quod olim Pelagianis & hodie Pontificijs & Synergistis, qui ex confusione cœlestium spiritualium & terrenorum errorem traxerunt. Vbi enim scriptura veritatis vel injustitiæ mentionem facit, id illi continuo de spiritali veritate & justitia ineptè accipiunt, quia præter unam veritatem & justitiam nullam didicerunt, nec agnoscunt aliam.

Fortè igitur & Paulus Ramista fuit juxta Caselium, quia & ille talem contradictoriam sapientiam docuit. Nam quod Rom. 1. v. 18. veritatem, quod *versu sequente*, Dei notitiam appellat: id v. 21. vanitatem, & ut supra demonstratum tenebras, caliginem, errorem, ignorantiam esse docet Rom. 1. v. 19. quod de Deo cognosci potest (enotitiam Dei) manifestum est in ipsis & *vers. 32.* cognoverunt justitiam

etiam Dei, At *1. Cor. 2. v. 14.* hominem animale[m] quæ Dei sunt non posse cognoscere perspicue docet, quia spiritualiter dijudicantur. Hic non tantum ignorantiam illam ignorantiam vocat, sed etiam omnem cognoscendi potentiam admittit *1. Cor. 3. vers. 19.* *Sapientia mundi stultitia, est apud Deum.*

Habes hic Caseli stultam sapientiam *Rom. 8. v. 6.* Intelligentiam carnis mortem, intelligentiam Spiritus vitam conferre docet *Iacob. 3. v. 15.* Non est ista sapientia supernè descendens sed terrena, animalis, demoniaca. Sed injustam etiam justitiam audiamus. *Rom. 2. vers. 14.* *Gentes,* inquit Apostolus *naturaliter ea, que legis sunt faciunt,* Iusti igitur sint oportet: quod enim secundum legem fit, justum est. At *Rom. 8. v. 7.* inquit sapientiam humanam non posse legi Dei subijci. Non igitur justitiam tantum negat, sed & impossibilitatem consequendi eam ponit, *Rom. 9. v. 30.* *Gentes non sectantes justitiam apprehenderunt justitiam,* & *10. v. 3.* Iudæi ignorantes Dei justitiã, propriam quarunt stabilire, justitiæ Dei non subjecti. Ergo est quædam justitia, quæ tamen ignorat Dei justitiã & fit ab illis, qui opus legis habent à Deo inscriptum cordibus. Paulus ergo justitiam legis admittit, quæ tamen ignorat justitiam Dei.

Sed cum Festo *Act. 26. v. 24.* dicent, insanis Paule, Caseliana Philosophia te ad insaniam & Ramisticam sectam adigit. Christum igitur audiamus *Matth. 5. vers. 20.* *Nisi abundaverit justitia vestra plus quam Phariseorum, nequaquam intrabitis in regnum Dei,*

Ergo quædam est iustitia, quæ tamen Deo non placet *Luc. 17. v. 10* *Quum facitis omnia, que præcepta sunt vobis, dicite servi inutiles sumus.* Ergo quædam est inutilis justitia. Felices Ramistæ qui Christum & Paulum, iudice Caselio, suæ sectæ consortes acceperunt.

Discant autem hi novi reformatores ex scriptura sacra distinguere inter regnum Christi & regnum mundi, inter veritatem sapientiam & justitiam spiritualem & carnalem, & concordabit scriptura.

Luth. c. i. ad Gal. *Vbi fides Christi non docetur omnem virtutem non aliter habemus, quam velamen nequitie & operculum omnis spurcitiæ, sicut Phari, eos Christus describit.* Nihil ergo sunt gentium virtutes, nisi fallaciæ, nisi otiose Christum pro peccatis traditum contendas.

Tom. I. lens. pag. 318. *Sed ut sit hoc honestum (quod D. Scævola & M. Regulus & alij fortissimi Romanorum pro patria sustinuerunt) apud homines, apud Deum tamen nihil est in honestius imò impijssimum & summum sacri regum, nempe quod*

pe quod non pro gloria Dei egerunt, nec ut Deum glorificaverunt, sed impiissima rapina, Deo gloriam rapientes & sibi attribuentes, nunquam magis in bonis & turpes fuerunt, quam cum in summis suis virtutibus fulserant.

Luther: supra. Epist. 23 post Trin. Die sprichstu: Wie verbeutest du dem gute Werck / Ist es nicht recht / sein Erbarlich / Tugendlich leben? Mustu nicht selbst bekennen / das man sol Weltlich Rechte und Obrigkeit haben / und drüber halten / das die Leute Züchtig / friedlich und Ehrbarlich leben? Ja das auch Gott selbst solches gebent / und ernstlich wil gehalten haben / und straffen die darwider thun? Wie reimet sichs zusammen / das man lehren sol / solches thun und from sein / und doch auch als für Gott verdampft straffen? Wie kan es gut köstlich ding heissen und doch auch schaden und Unflath?

Antwortwort / Das weis S. Paulus wol / das die Welt darauß stehet / und solche widerrede füret (ut videmus ab his Philosophis etiamnum fieri) Aber wer da wil / der rede mit ihm darumb / warumb er klar vund offentlich also redet. Denn es sind ja nicht vnser / sondern seine Wort. War ist es / und S. Paulus bekennets selbst / das es also sol vund mus sein auff Erden / und Gott haben wil / und ist doch gewis / das dieselbigen / wo sie auch am besten und frombsten sein / und am ehrlichsten leben / so sind sie natürliche und von Herzen Feinde Christi / und ihr Sinn und gedanken dahin geteilet. Gottes Belet ersyrotten.

Hie mus ja jederman sagen / der Fürst sey des Teuffels mit alle seinem Regiment / gehorsam und strengen leben / wo sie es führen und halten nach ihrem Alcoran / auch strenger weder wir Christen. Das heisset zugleich sie verdampft Urtheilen / mit aller ihrer Gerechtigkeit / und doch daneben sagen / sie thun recht daran / wenn sie Diebe Mörder / Rauber / Ermordetenbeldt etc. straffen.

Auff Erden Ist es woll ein köstlich ding / ein schön Edel Kleinod / und hat gros lob und Ehre / Ein frommer ehrlicher Fürst / Regent / Bürger / Item ein fromme züchtige Frau oder Jungfrau heissen / Wer wolt das nicht loben und rhümen? Ist es doch auch in der Welt ein seltsam kleinet. Wolan spricht er / las es so schön / köstlich und löblich ding sein / aber doch ist es endlich verdampft / und gehört nicht gen Himmel.

Ja er macht es noch verdriestlicher / und spricht / Welchem der Dauch ihr Gott ist / da hörestu / wie weit solch e Menschliche Gerechtigkeit gehet / wenn sie es zum höchsten bringet / das es nicht mehr heisset / weder dem Dauch gedienet / Hie nun alle Weisheit / Recht / Juristerey und Künste /

höchsten Tugendt/dazu auff Erden/ was sind es für Tugendt? Sie beten
einen Gott an der heist der Bauch / etc. Denn sie wissen nichts von dem
rechten ewigen Gott/ wie man demselben solle dienen/vnd zum ewigen leben
kommen/darumb ist solch leben im grunde nichts anders/dem Götzendienst
vnd ein Abgöttisch leben/ so nichts mehr kan suchen / wieder dieses sterbli-
chen Bauchs erhaltung/ friede vnd Ehre.

Zum vierden (spricht er) Welcher Ehre zu schanden wird. Das ist
das letzte/ davon nun die Weisen Philosophi/ fromme Heyden/vnd kluge
Juristen auff's höchst vnd ehrlichst gerühmet vnd geehret sind / so ist es
doch schande / etc. Denn sie könnens doch nicht weiter bringen/denn das es
hie auff Erden löblich vnd ehrlich heist für der Welt/ Aber es gilt für Gott
nicht/ vnd kan jenes leben nicht erlangen/lesset zulezt den Menschen schand-
lich stecken/ das ihn der Todt hinweg frisset/ vnd die Helle hinreisset.

Philippus Melanchthon in Hypothesibus Theologicis Anno 23.
pagina. 14. *Esto fuerit in Socrate constantia, in Xenocrate castitas, ta-
men quia in animis impuris fuerunt, imò quod amore sui ex Philautia oriebantur
ista virtutum umbræ, non debent pro veris virtutibus haberi. Tolerans fuit
Cato, sed amore laudis. Effundit autem huiusmodi virtutum umbras Deus in
gentes, in impios, in quosvis, non aliter ut formam opes & similia largitur.*

Et cum hanc externam virtutis personam, ac larvam miretur to-
ta humana ratio, Pseudotheologi nostri falso cæco naturæ iudicio
commendarunt nobis Philosophica studia, Philosophicasq; virtutes
& operum externorum merita. At quid in uniuersum docent Phi-
losophi, si qui optime docent, nisi fiduciam & amorem nostri? Ci-
cero in finibus honorum & malorum omnem rationem virtutis ab
amore nostri & Philautia æstimat.

Quantum in Platone tumoris est & fastus? Neq; facile fieri mi-
hi posse videtur, quin ab illa Platonica ambitione contrahat aliquid
vitij, si in illius lectionem inciderit ingenium per se altum & vehe-
mens. Aristotelis doctrina est in uniuersum quædam libido rixandi,
ut eum inter paræniticæ Philosophiæ scriptores ne postremo quidem
loco dignemur. &c.

Erit igitur Lutherus & Philippus quoq; contradictoriæ huius Ra-
mistarum sapientiæ adstipulator. Infeliciores autem Ramistis Caselius
cum suis sit oportet, qui nondum didicit suam iustitiam coram Deo
deplorare & iniustam iustitiam agnoscere unde apparet veram

& seriam pœnitentiam hos Philosophos nunquam egisse, sed evenire illis quod Augustinus ait humanam illam justitiam mire fallere, nisi in sacris fueris eruditus.

5.

Naturales notitiæ sunt mendacium.

Spiritus S. mundum judicabit ex notitiis naturalibus.

Ergo judicabit mundum ex mendacijs. Quod ne boni quidem viri esset

Respond. Ad propositionem, Non simpliciter omnes naturales notitias mendacij damnari, sed illas tantum quæ de Deo sunt, si ad iudicium spirituale exigantur? & multoties dictum in externis suum illis locum & veritatem concedi, ut inde quid secundum rectum rationis iudicium justum, quid iniustum sit, aestimari possit. Hoc igitur naturali iudicio rationis utetur Spiritus S. ad condemnandos Ethnicos, qui, cum ratio eos docuerit non furandum, non occidendum esse, non faciendum alteri, quod tibi fieri nolis, non solum talia fecerint, sed & facientibus patrocinati fuerunt *Rom. 1. v. 32.* quemadmodum Medea inquit:

Video meliora proboꝝ, Deteriora sequor.

Hoc igitur rationis iudicio, quod omnibus naturale est, utetur Spiritus S. ad hoc, ut omnes sint ἀναπολόγητοι in excusabiles. Natura enim cum doceat omnes honeste juxta rationem vivendum esse. Item Deum esse colendum, & nemo ex ratione potuerit cultum excogitare, in quo conscientia requiesceret, & certo se Deo placere statueret necesse est, omnes extra Christum perpetua dubitatione fluctuent, semetipsos accusent & damnent, quod operibus suis & cultibus id non præstent, nec assequi possint, quod faciendum esse naturalis notitia dicitur, & sic non simpliciter ex mendacio judicabit mundum, sed ex eo, quod naturaliter, secundum rectum rationis iudicium veritatis, justitiæ rationem habet, secundum Spiritus S. vero iudicium spirituale propter corruptionem mendacij arguitur, si quid de divinis decernat & constituat. Et quid obstaret quo minus ex mendacio vir bonus sceleratum convinceret? Daniel insidiatores pudicitiae Susannæ ex mendacijs convincit & iudicat. Amalecita qui Saulum se interfecisse mentiebatur ex mendacio proprio condemnatur.

Hæc ergo rationis iudicia tanti non sunt, ut manifesta scripturæ fundamenta convellant.

Nulla

Nulla confusa notitia & confusus conceptus licet imperfectus sit, est falsus.

Omnis Ethnicorum notitia de Deo est confusa & imperfecta.

Nulla ergo Ethnicorum notitia Dei erit falsa. Sed distinguendum inter notitiam & conceptum confusum & distinctum. Confusus est quando concipitur de Deo illud, quod appellatur summum, quo nihil est melius. Conceptus hic nihil falsi concipit: quod enim summum est, & simpliciter, id est Deus. Imperfecta licet sit notitia, tamen non est falsa.

Responsio. Cum, ut Cornelius sibi persuadet, indoctiores Theologi sublimitates ipsius Metaphysicas non intelligant, debuisset merito ex verbo & scriptura cum illis agere. Qui enim loquitur, loquatur ut eloquia Dei *1. Pet. 4. ver. 11.* Quid enim paleis cum tritico? *Iere 23. ver. 28.* & ut Iureconsultus sine lege, sic etiam novus Theologiae reformator sine scriptura loqui erubescet.

Requirimus igitur hic propositionis & assumptionis probationem ex verbo Dei perspicuam. Vtramque enim secundum scripturam negamus. Etsi vero concedimus in humanis rebus conceptus illos confusos imperfectos quidem, non tamen falsos esse, scriptura tamen de iis conceptibus, qui ex naturæ luce & ratione de Deo & divinis concipiuntur pronunciat, quod falsi sint, quemadmodum id supra probatum est, & recte Lutherum statuere, omnem cogitationem humanam in divinis errorem esse: Ergo & conceptus ille confusus de Deo & divinis etiam est error & falsus. Qui enim novit Deum & non servat eius mendata, mendax est & veritas non est in eo. Cætera ex superioribus petantur.

Lutherum audi in Gen. 32. Gott hat als ein Grewel / verdampft alle solche wilde gedanken (notitiam confusam) der Menschen aufferhalb der einigen Offenbarung / so im Wort vnd Sacramenten geschehen ist.

Quod etiam in assumptione Ethnicis confusam Dei notitiam ex viribus naturæ tribuit, quæ imperfecta quidem non autem falsa iudicio spirituali censeatur, id manifestè contra scripturam fieri abunde etiam probatum est: Ea enim testatur non esse qui intelligat Deum, ne unum quidem *Rom. 3. v. 11.* & *1. Cor. 2. v. 14.* Animalem hominem non posse percipere ea, quæ sunt Dei, *2. Cor. 4. v. 5.* Non sumus idonei cogitare

gitare aliquid ex nobis tanquam ex nobis, &c. Ergo nec Imperfectam notitiam spirituales de Deo concipiet ratio ex se, quæ iudicio spirituali à falsitate sit immunis.

Præclare vero Cyprianus lib. 3 ad Qui: cap. 4. *In nullo gloriandum est, quoniam nihil est nostrum: ut totum detur Deo; qui mentem cæcam illuminat, voluntatem pravam convertit: fidem inspirat, Spiritum largitur & totam salutem donat & operatur, ut qui gloriatur in Domino gloriatur.* Sin autem quædam esset ex nobis notitia imperfecta, deberetur id naturæ & falso diceretur nihil esse nostrum: Inique etiam Form: Concord: stateret nullam ne scintillulam lucis spiritualis in natura reliquam esse.

Denique expendatur & hoc: Si ista imperfecta notitia Dei idem subiectum & notificatum eadem veritate, licet imperfectiore ratio ex se concipiat: an non obtrudatur Christianis Deus Paganus & Mahometanus. Summum enim illud & simplex bonum Christianorum non est aliud quam trinum in personis, Pater, Filius, & Spiritus S. Tale vero summum bonum repudiant, derident & explodunt omnes pagani Ethnici, Turcæ. Nobis igitur Christianis cum illis tale commune summum bonum erit, quod non sit trinum in personis, Pater, Filius & Spiritus Sanctus.

Sed inquirunt: eo usque se non extendit notitia confusa, tantum esse summum quoddam & simplex bonum concipit, quod postea lux Spiritus determinat esse Patrem, Filium & Spiritum S. & sic constituit notitiam discretam. Atqui illud ipsum simplex & summum bonum, confuse conceptum per rationem, non idem esse potest subiectum notitiæ Christianorum: bonitas enim & simplicitas essentiae divinæ non est sine Trinitate: qui enim Filium negat, ne Patrem quidem habet 1. *Iob. 2. ver. 25.* & *Psal. 10, vers 4.* De impiis dicitur quod non sit Deus in omnibus cogitationibus eorum, & *Psal. 14. vers 1.* Quod in corde dicant: non est Deus, *Psal. 96. ver. 8.* Omnes dii populorum dicuntur idola. Secundum nostros vero Philosophos est in cogitationibus eorum idem Deus, summum & simplex bonum quod est in piis per lucem Spiritus S.

O tenebras plus quam Aegyptiacas, hos Christianæ Academiæ Professores in tanta luce Evangelii nondum didicisse aliud summum bonum agnoscere, quam Turcæ & Pagani. ô Confusionem profanam, quæ notitiam fidei partim ex naturalibus partim ex illuminatione Spiritus commiscet & constituunt.

Iob.

Iohan. vi. ver. 50. Caiphas summus illius anni pontifex inquit, satius esse
mori unum pro toto populo, & hoc appellat scriptura vaticinium.

Ergo impij verum dicunt spirituale.

Resp. Quod supra de Diabolorum testimonio diximus, quo Christum filium Dei vocabant, & ex disput. Lutheri de commu. Idioma-
tum allegavimus hic repetatur. Non enim ubi verba eadem sunt, ean-
dem habent auctoritatem. Caiphas hoc dicens politicum consilium
dedit nihil de Christi morte cogitans, qua redempturus erat genus
humanum; sed proprium commodum respiciens, expedit nobis Pha-
risæis inquit, ut unus moriatur. Quia vero pontifex istius anni fuit
Deus crudelem istam adversus Christum sententiam ita dirigit, ut
piis vaticinium esset de Christo.

Duplex igitur horum verborum sensus cum sit, alter politicus,
quem Caiphas habuit, alter vero spiritualis piis perspicuus, qui ex re-
velatione Spiritus S. singulari, hac sententia de mortis Christi effica-
cia monebantur: nondum hunc evincet Cornelius Caipham verita-
tem spirituales habuisse, licet sibi persuadeat se magnam nobis hic
crucem figere.

Si impij & Diaboli sciunt Deum, etiam credunt.

At sciunt.

Ergo & credunt.

Resp. Negamus propositionis connexionem. Non enim omne quod
scitur creditur. Hoc responsum supra modum ridiculum Cornelio vi-
detur: quare doceat contrarium. Nostra fundamenta sunt; quod cre-
dere seu fides non tantum requirat notitiam & assensum, id quod est
scientiæ, sed etiam fiduciam & hanc quidem maxime. Hæc autem
fiducia cum non adsit in omni scientia, statuitur non omnem scien-
tiam esse fidem, vel non omnia, quæ sciuntur credi.

Dæmones enim etsi sciunt esse Deum; ethnici & gentes etsi
carnali notitia Deum justum, verum, bonum, misericordem prohi-
rentur; non tamen eum talem credunt, cum factis negent, quod ver-
bis profitentur se scire. Tit. i. ver. 16. Ideoq; distingui solet in scholis
inter fidem historicam & vivificam; illa sola scientia contenta car-
nali, hæc complectitur fiduciam, & alterius est generis, non ex lumi-
ne naturæ, sed spirituali, ut supra pluribus ostensum.

L

Et etsi

Et etsi pontificij fiduciam à vera fide excludunt, non tamen ita profani sunt, vt scire & credere idem esse statuunt, quemadmodum hic noster novus Theologus: Docent enim multa credi etiam prius quam sciantur.

Sic Prosper dicente propheta: *nisi credideritis, non intelligetis, datur intelligi, quod non fides ex intellectu existat, nec qui intelligit, credat, sed qui credit intelligat.*

Et quid magis tritum in nostris Ecclesiis? Apol. confes. Aug. cum docet idem nõ consistere cū peccato mortali, aperte satis evincit aliud esse fidem, aliud scientiam, hæc enim consistere potest, cum peccato mortali, vt testatur scientia Diaboli, historia Francisci Spiræ, ille profitetur se omnia rectius scire, quæ de misericordia Dei ipsi proponebantur: at nihil se eorum credere posse querebatur.

Et August. niquit? *credere est credendo amare.* Sin autem Cornelius hoc discrimen scientiæ & fide agnoscit, cur malitiosè exagitat & ridet quod in Teologica disputatione scientia à fide Theologica distinguatur?

9.

Contradictoriarum utraq; non est vera.

Ad illud Platonis Deus est, est bonus, justus. est falsum.

Ergo illud Diagoræ erit verum: Deus non est.

Resp. In propositionibus istis duabus, aut est contradictio aut non. Si negatur esse, Cornelius nihil profecit. Si est, idem erit subiectum, idem prædicatum. Idem igitur de eodem utrobique νόημα. Sed is non est contradictio. Quare quando Diagoras dicit, Deus non est, intelligit Deum, quem Plato noemate humano concipit, non esse, vt sit sensus: Deus ille Platonis non est: quod verum est. Nam spiritus S. negat Platoni verum Deum fuisse notum: è gentibus enim fuit, quæ Deum non nouerunt, qui tantum in Iudea notus. Et omnes dii gentium idola, vt supra pluribus est demonstratum. Quare id, de quo Plato noema Dei format, Deus non est.

Vnde Apol. Aug. confes. ait: *Omnis homo mendax id est non rectè sentiens de Deo.* Et Luth. in Ep. ad Gal. 5. *Nunc autem inquit, humana natura a deo corrupta est, & peccatis submersa, vt plane nihil rectè de Deo cogitare & sentire possit.*

Et hinc

Et hinc intelligitur an Diagoras Deum illum Platonis (quem scriptura idolum dicit) esse negans ista ratione falsum dixerit nec ne. Hoc autem negatum Diagoræ nondum attingit veritatem spiritua- lem & mysticam, quæ est de Deo, ideoque non recte ex eo conclude- tur Diagoram non renatum veritatem dixisse spiritualem & mysti- cam. Pari enim modo veritatem dixisset mysticam cum Deum su- um Herculem ligneum comminuens in ignem coijceret, dicens: age Hercules adesto tredecimum laborem exantlaturus. Et Iuvenalis negans Aegyptiacos DEOS qui in hortis ipsis nascebantur.

Habes *Lector Christiane* partis utriusque sententiam & funda- menta; ex quibus cognosces, quantam abominationem Philosophi in Saxonicas nostras Ecclesias invehere conantur.

Etenim si tecum illa revolvās, certamina, quæ contra gratiam Dei à nato Christo distinctis temporibus excitata, & à variis aliis at- que aliis coloribus picta fuere; manifestè deprehendes omnia illa si- mul à nostris Philosophis in scenam redaci, quæ à tot seculis ab or- thodoxa Ecclesia damnata fuere.

Etsi vero Philosophi iniquè ferunt sibi Pelagianismum & alia obijci, testanturque se ab omni Pelagianismo alienos esse; Caselius etiam in Oratione de bono Academiae, nequaquam videri vult quod confundat Theologiam & Philosophiam: protestatio tamen est, (ut dici solet) contraria facto; & similes sunt Pilato, qui damnato Christo manus lavans se innocentem esse profitebatur.

Sic enim & hi postquam Philosophiam contra Dei verbum nimis arroganter commendarunt, persuadere tamen omnibus cupe- rent nihil se peccasse, nec ullam Theologiae partem violasse.

Quapropter breviter reexamus præcipua capita & cum hære- sibus pridem damnatis conferamus.

Damnata fuit à veteribus (ut Hieronymus testatur) Peripate- ticorum sententia, asserentium affectus non ita plane vitiosos esse, ut iudicio rationis recte regi non possent. Nostri ad perfectionem & in- digestationem Philosophiam hominem ducere statuunt.

Damnata fuit Clementis Alexand: sententia: hominem ex se posse eligere & accipere salutem. Nostri contendunt relicta menti ve- stigia imaginis, quibus ad cœlestia aspirare possit.

Damnata Pelagii sententia, naturam sine vitio esse, & naturalia esse integra asserentis. Nostri contendunt notitias naturales & Philosophiam, qualis ab hominibus non renatis profecta est, peccato corruptam non esse.

Damnatus Cassianus, quod statueret post prævaricationem remansisse in Adamo scientiam boni, & singulis inesse virtutum semina, ex quibus boni voluntatis motus pullulare possent. Nostri, menti vestigia imaginis Dei relicta, & voluntati servatam libertatem statuunt, ut rationi se jungendo æterna cœlestia illa prosequatur.

Damnata Philosophorum sententia fuit: Rationem semper ad optima cohortari, ut graviter Luth: disput: de homine Thes: 28. Impie Philosophantur contra Theologiam, qui Aristotelem (nihil de homine Theologico scientem) inducunt, quod ratio deprecetur ad optima. Nostri rationis præscriptum ad spiritualia cohortari docent, idque tanta confidentia, ut furorem & στυγὴν φησὶν clament, si contrarium doceatur.

Damnata hæctenus sententia, qua medium inter velle bonum & velle malum fingebatur quod Christus diceret: aut facite arborem bonam, & fructus bonos, aut malum & fructus malos; qui non est mecum, contra me est. Nostri inter carnem & Spiritum, & inter opera carnis & Spiritus Philosophiam medium constituunt.

Damnatus Erasmus fuit, quod assereret liberum arbitrium quidem vitiatum, vulneratum, non extinctum; & mansisse aliquod iudicium sed imperfectum. Nostri sapientiam carnis, quam Philosophiam vocant, non esse peccato corruptam & vitiatam, & perfectionem hominis Philosophicam extra carnis labem & vulnera statuunt.

Damnata fuit communi consensu synergistarum sententia, viribus hominis corrupti assensum aliquem tribuens. Nostri Philosophiam hominis non renati servam fidam se præbere sapientiæ spirituali statuunt, ut etiam quocumque ear promptissime sequatur.

Sanctæ Lutherus in Ep: ad Gal: docuit mentiri eum qui dicit se delectari lege Dei. Nostri constanter asserunt sapientiam Philosophicam non renatorum legem Dei prone adorare.

Recepta

Recepta hætenus communis illa Tertull: sententia: *Philosophos sua sapientia hæreticorum esse patronos*. Nostri impossibile dicunt esse, ut Philosophica sapientia in spiritualibus erret.

Chemnitius in Andrad: damnat, quod dixit Græcis Philosophiam ad salutem necessariam fuisse, & qui Philosophia exculti fuerunt facilius mysteria cœlestia admittere. Nostri in eadem pene verbis idem docent: hominem Philosophia instructum facilius converti, quam qui rursus sit rudis & ignarus.

Constanter hætenus assertum fidem esse merum donum Dei. Nostri ajunt, quædam tantum spiritualia pure fidei esse quædam non pure fidei; & sic fidei notitiam partim ex carnalibus, partim ex spiritualibus constituunt.

August: confessio docet nullam extra Ecclesiam & illuminationem Spiritus Sancti veri Dei cognitionem esse. Nostri eundem Deum eadem notitia cognosci æternum, unum bonum, &c. tam à Turcis, paganis, quam Christianis.

Form: Concord: statuit nullam scintillulam lucis & cognitionis spiritualis homini post lapsum reliquam esse. Nostri notitiam veri DEI, viribus post lapsum reliquis tribuunt, quæ licet imperfecta vel confusa, falsa tamen non sit iudicio spirituali.

Pic hætenus Saxonia in usitatum prædicationis genus in mysteriis venerata fuit, & graviter asseruit. Nostri Logicam omnem mentis caliginem pellere regulam esse omnis veritatis magno ausu docent, adeo ut priusquam hæc regula in minimo cadat, tota rerum universitas labefactetur.

Cum Luthero creditum hætenus aliud esse verum in Theologia & Philosophia. Nostri in religione nostra tam peregrini sunt, ut hoc ad pudenda Lutheri relegent.

Magno zelo fundamentis (teste Philippo) puritatem doctrinæ cœlestis Lutherus reduxit, & pontificorum errores destruxit, quod ex verbo Dei doceret: omnem cogitationem humanam in divinis errorem esse: omnem voluntatem in rebus divinis impietatem esse. Nostri utrumque falsum statuunt, & sic in omnibus pene articulis loci de libero arbitrio Form: Concord: contradicunt & salutaris & furoris eum arguunt.

Quid

Quid igitur Christiane Lector aliud à Philosophis nostris agitur, quam ut unâ liturâ partem nostræ confessionis primariam deleant, & quæ à majoribus magno zelo adstricta sunt, destruant, & ipsissima fundamenta Papatus & Calvinismi in Saxonia rursus ponant, juventuti summo cum Ecclesiæ periculo inculcent, & stabiliant.

Christus Ecclesiæ misereatur, & in veritate sua nos sanctificet & salvet. Id quod nobiscum Lector precibus seriis contendes, & veritatis causam ages. Vale.

*Vespera jam venit nobiscum Christe maneto,
Extingui lucem nec patiare tuam.*

Lutherus Tom 4. Witteb. Germanico f. 586. b. Ueber das Evangelium von Schiffflein/ Matth. 8.

Es ist immer ein neues vber das ander angenommen / davon wir keinen Grund gewusst haben / was nur ein jglicher unverschampter Schirling oder Pletting hat durffen fürgeben.

F I N I S.



155 172


ULB Halle 3
004 099 494


TA → 70

17 01


Juli 64.





100
157





EXPLICATIO CERTAMINIS,
QVOD DE PHI-
LOSOPHIÆ, IN REGNO
ET MYSTERIIS FIDEI ACTIONE
& usu dequè veritate duplici humana & Spirituali
inter D. Daniele Hoffmannum,
aliosq; Theologos

Et inter

D. Iohannem Caselium ICrum,
D. Duncanum Liddelium Medicum,
M. Ovenum Guntherum,
M. Cornelium Martini.

*Philosophos in Academia Iulia
agitatur.*

Conscripta
per

GOTFRIDVM SCHLVTERVM
*in Ecclesia & Pedagogy Gottingensi Theo-
logia Doctorem.*

Augustinus.

Sub laudibus naturæ latent inimici
gratiæ.

*Lector lege & tum judica & Spi-
ritus proba.*

ANNO M. D. XCI.

*Leo & Compagno vno
D. Iohanni Boffinio, Com-
muni*

